DE AMULETORUM APUD ANTIQUOS USU CAPITA DUO

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM MONASTERIENSIUM ORDINIS CONSENSU ET AUCTORITATE

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

GERHARDUS KROPATSCHECK

BRANDENBURGENSIS

GRYPHIAE

TYPIS IULII ABEL

MCMVII

De hac commentatione ad ordinem rettulit

Guil. Kroll.

GUILELMO KROLL
ERICO PERNICE

S.

Argumentum.

Prooemium.

Quamvis proximis abhinc annis multae de antiquorum superstitione dissertationes in lucem editae sint et imprimis singulis illius partibus describendis summam operam viri doctissimi navaverint, tamen non desunt quae in tanta copia et varietate materiae non satis exhausta et explorata remanserint.[1]) Ex quibus ut unum eligerem, Krollii praeceptoris mei auctoritas me incitavit persuasitque mihi fore operae pretium testimoniis collectis amuletorum usum apud antiquos e fontibus disquirere. Nam quae antiqui scriptores de universo amuletorum usu tradunt, quamquam inveniuntur in omnibus fere libris in quibus antiquitates Graecae et Romanae tractantur, tamen testimonia ratione quadam nondum collecta sunt. Huc accedit, quod terra mater nostris temporibus fere in dies plures thesauros nobis prodidit; nam papyri illae magicae ut alias superstitionis partes melius intellegere nos docuerunt, ita amuletorum usum optime illustrant. Talium chartarum quas ad hunc diem servatas habemus catalogum cum *Ricardus Wünsch* (Antikes Zaubergerät aus Pergamon = Jahrbuch des kaiserl. deutsch. archaeol. Instit. suppl. VI, 1905, p. 19) et *Ludovicus Fahz* (De poetarum Romanorum doctrina magica = religionsgeschichtliche Versuche und Vorarbeiten II, 2, 1904, p. 107 sq.) iam composuerint, non habeo cur iterum papyros illas enumerem.

---

1) Cf. *Guil. Kroll*, codices Vindobonenses (catalogus astrol. codd. Graecorum VI, 1903) praef. VII: „. . . in dies magis cognosci videtur, quanti haec studia diu neglecta aestimanda sint quamque ne philologo quidem indignum sit, talia manibus attrectare.“

Sed addo ex papyro Parisina bibl. nat., pap. musei Britann. XLVI, papyro Mimaut *Albr. Dieterich* in libro qui „Abraxas" inscribitur, complures locos edidisse atque praeter alios papyrorum locos imprimis papyri Mimaut partem *Ricardum Reitzenstein* (Poimandres, 1904 p. 147 sqq.) denuo emendatam commentario instruxisse. Quibus ex papyris testimonia de phylacteriis quantum pro viribus meis fieri potest, colligere et cum aliis scriptoribus comparare mihi in animo est. Altero in capite de plantis amuletorum loco adhibitis verba faciemus.

A. De phylacteriis.

I. De vocabulis quibus antiqui „amuletum" appellant.

Id vero priusquam aggrediamur, pauca quaedam de vocabulis quibus Graeci Romanique „amuletum“ appellant, praemittenda sunt.[1]) Atque primum de ipsius verbi „amuletum“ origine sub iudice lis est; actum toties iterum acturi ne lectori creemus nauseam, timemus: nihil de hac re inter eruditos constat.[2]) Raro vocabulo „amuletum“ scriptores Romani utuntur.[3]) Apud Plinium novies vocabulum invenies: *Plin.* n. h. 23, 20 „utuntur ea (uva taminia) pro amuleto“; 25, 115 „tuber terrae ubi sata sit, nihil nocere mala medicamenta; amuletum vocant“; 28, 38 „inter amuleta est editae quemque urinae inspuere . .“; 29, 66 „attribuunt ei (basilisci sanguini) morborum remedia, veneficiorum amuleta“; 29, 83 „si ter circumlatus domui vivus vespertilio super fenestram inverso capite adfigatur, amuletum esse“; 30, 82 „fel canis nigri masculi amuletum esse dicunt magi domus totius suffitae eo“; 30, 138 „scarabaeorum cornua . . . . adalligata iis amuleti naturam obtinent“; 37, 51 „sucinos infantibus adalligari amuleti ratione prodest“; 37, 117 „totus . . . oriens pro amuleto gestare eas (iaspidas) traditur“. — Latius igitur apud Plinium vocabuli „amuletum“ vis patet quam apud nos. Itaque apud Charisium

1) De his vocabulis cf. *Jac. Wolff*, scrutinium amuletorum medicum, Lipsiae et Jenae 1690 p. 1 sqq.; *Riess*, s. v. „amuletum“ (Pauly-Wissowa).

2) Cf. *Riess* s. v. (P.-W.).

3) Omnes loci in thesauro linguae latinae s. v. collecti sunt.

p. 105, 9 legimus: „φυλακτήριον quod Graeci appellant, amuletum (amolitum cod. Bob.) latine dicimus: nam et Varro divinarum XIII ita dicit sive a molliendo, id est infringendo vim mali, sive ab aemulatione.“ cf. *Gloss.* II 16, 39: „amoletum φυλακτήριον“; 473, 49 „φυλακτήριον servatorium[1]) amolimentum[2]) praevia[3]) amoletum“; 576, 18 „amoletum filacterium custodiatorium“. Etiam „bulla“[4]) et „fascinum“[5]) pro vocabulo „amuletum“ adhibentur. Id quod nos Romanos secuti „amuletum“ appellare solemus, apud scriptores Romanos plerumque verbis „alligare“[6]), „alligatura“[6]), „adalligamentum“[7]), „ligatura“; apud Graecos verbis „περίαπτον“[8]), „περίαμμα“[8]) significatur. „Peculiariter περιάμματα appellantur quaecumque ad arcendas noxas alicui corporis parti, praesertim autem collo alligantur, unde amuleta.“[9]) Etiam vocabula „ἀποτρόπαιον“, „βασκάνιον“[10]), „προβασκάνιον“, „τέλεσμα“ apud scriptores Graecos pro „amuleto“ usurpantur, de quibus consuli potest thesaurus linguae Graecae. Restat vocabulum „φυλακτήριον“, quod etiam ad verbum „amuletum“ definiendum usurpatum esse supra vidimus,

1) Cf. *A. Funck*, Glossograph. Studien, Archiv f. latein. Lexikographie VIII p. 385 Nr. 144.

2) Cf. thesaurus l. l. s. v. p. 1965.

3) Cf. *Varro*, l. l. VII, 108 „praebia a praebendo, ut sit tutus, quod sint remedia in collo pueris.“ — *Jahn*, Über den Aberglauben des bösen Blicks bei den Alten (Sitzungsber. der sächs. Ges. d. Wiss. 1855) p. 44 adnot. 53, qui alia exempla affert.

4) Cf. thesaurus l. l. s. v. II, 2241; *Jahn* l. c.

5) *Jahn* l. c. p. 62 adnot. 127.

6) Cf. thesaurus s. v. I, 1680, 3; s. v. I, 1, c, β, „alligare“.

7) Cf. thesaurus l. l. s. v. I, 563.

8) Cf. *Welcker*, Kleine Schriften III, 71 sqq. (Epoden oder das Besprechen); *Jahn*, l. c. p. 40 adnot. 43, qui exempla afferunt. — Haud recte de his vocabulis judicat *Sittl*, Die Gebärden der Griechen und Römer, Leipzig 1896, p. 117 adnot. 2 („sie bedeuten abergläubische Zettel“); cf. *Pollux* IV, 182: τὸ γὰρ περίαπτον ἀλεξιφάρμακον, ut alia exempla omittam.

9) Cf. thesaurus l. Gr. s. v.

10) Cf. *Jahn*, l. c. p. 62, adnot. 126. 127.

quo omnia vocabula quae enumeravimus breviter comprehenduntur. Itaque ut melius de his vocabulis i. e. de phylacteriis iudicemus, facere non possumus, quin longius de illo vocabulo disseramns. Ad definiendam verbi „φυλακτήριον“ notionem imprimis omnes papyrorum locos inspiciemus, quibus verbum „φυλακτήριον“ commemoratur. Nam qui vel primis labris, ut aiunt, has papyros magicas attigerunt, sciunt saepissime in eis exstare vocabulum „φυλακτήριον“.

Atque primum quidem non visum est superfluum pauca de huius vocabuli origine disserere. Φυλακτήριον illud simili modo atque ἀκροατήριον, βουλευτήριον alia suffixo ut nos diximus -τήριον[1]) formatum est. Priorem partem a verbo „φυλάττειν“ derivandam esse nemo est quin videat. Habemus adiectivum „φυλακτήριος, -α, -ον“. Cuius adiectivi neutrum „φυλακτήριον“ ab auctoribus vel lexicographis ita usurpatur, ut praesidium vel auxilium quo hostes prohibeantur significet.[2]) Notum autem est posterioribus temporibus eodem verbo etiam res in superstitione adhibitas significari. Monumenta enim Graeca quae actionem magicam nobis describunt, papyros dico magicas, magos ne phylacteriis uti obliviscantur monent. Nam etiam mago multa pericula imminent, de quibus longius hoc loco disserere non meum esse puto, Itaque per totam actionem magicam permulta praecepta servanda sunt, ne daemonibus quibusdam vel alterius magi artibus turbetur actio. Haec „φυλακτήρια τῆς πράξεως“ vel „φυλακτήρια τῆς πραγματείας“ i. e. actionis magicae persaepe commemorantur in papyris; exempli causa affero *pap. Paris.* 1071; 1316; 2358; 2630; 2877.

Sed non solum in actione magica verum etiam diutius aut per totam vitam phylacteriis pro „amuletis“, ut nos dicimus,

1) Cf. *K. Brugmann*, Griech. Grammatik³, München 1900 p. 181 „als einheitliches Suffix wurde das in θελκτήρ-ιο u. dgl. vorliegende -τήριο- weitergetragen (sequuntur exempla), cf. lateinisch -torius-torium.“

2) Cf. *thesaurus l. Gr.* l. s. v.

homines utebantur. De his phylacteriis et a magis et a superstitiosis hominibus adhibitis longius disseremus.

Iam vero haec breviter praefati medias in res progrediamur et papyros ipsas, quae amuletorum apud antiquos usum optime illustrare possunt, inspiciamus. Data occasione etiam ex aliis scriptoribus exempla afferemus. Atque primum quidem quaeremus, cur adhibeantur phylacteria et phylacteriis divinam quandam vim inesse ostendemus; deinde de materia phylacteriorum verba faciemus; tum de signis magicis vel incantamentis quibus phylacteria inscribuntur breviter disseremus; tum explicabimus quomodo haec phylacteria adhibeantur. Denique quid ex his capitibus sequatur, concludemus et quid illud „φυλακτήριον“ significet, definiemus. Hoc in capite igitur in universum de phylacteriorum apud antiquos usu testimoniis imprimis e papyris collectis agemus.

II. Cur adhibeantur phylacteria.

1. De utilitate phylacteriorum.

a) Cur adhibeantur phylacteria in actione magica.

Primum igitur videamus cur phylacteria adhibeantur. Utilitatem quam praebent phylacteria in actione magica adhibita papyri pluribus locis explicant. Phylacteriis imprimis daemones qui actioni vel mago nocere possunt depelli omnes sciunt qui praecepta magica sequuntur, magi vel homines qui magorum praeceptis usi magicas res agunt. Atque hoc quidem tam notum est, ut raro tantum papyri hac de causa phylacteria adhibenda esse disertis verbis dicant. Exemplum exstat *pap. Paris. magna* 86, ubi „φυλακτήριον πρὸς δαιμόνια“ describitur. Fusius phylacterii usus ei commendatur, qui feminae cuidam apud Lunam deam maledicit: *pap. Paris.* 2472 sqq.: „πρὸς τὸ μή σε καταπεσεῖν· εἴωθεν γὰρ ἡ θεὸς τοὺς ἀφυλακτηριάστους τοῦτο πράσσοντας ἀερο(ρι)φεῖς ποιεῖν καὶ ἀπὸ τοῦ ὕψους ἐπὶ τὴν γῆν ῥῖψαι· διὸ οὖν ἀναγκαῖον ἡγησάμην καὶ τοῦ

φυλακτηρίου τὴν πρόνοιαν ποιήσασθαι, ὅπως ἀδιστάκτως πράσσῃς." Item in eadem re, ut dea phylacterio placetur, suadet *pap. Paris.* 2625 sqq.: „ἴσθι δὲ πεφυλακτηριασμένος πρὸ πάντων καὶ μὴ ἀτάκτως τῇ πραγματείᾳ προσερχόμενος· εἰ δὲ μή γε, μηνίει ἡ θεός." Magnam vim lauri folia habere *papyrus Parthey* I, 246 sqq. contendit; itaque si quis Apollinem invocat, hoc phylacterium commendatur: „τοῦτο γὰρ μέγιστον σώματος φυλακτικόν, ἐν ᾧ πάντες ὑποτάσσονται, καὶ θάλασσα καὶ πέτραι φρίσσουσι καὶ δαίμονες φυλακτήρων (?[addit Guil. Kroll, analecta Graeca p. 13]) τὴν θείαν ἐνέργειαν ἥνπερ μέλλεις ἔχειν. ἔστιν γὰρ φυλακτήριον μέγιστον τῆς πράξεως, ἵνα μηδὲν πτοηθῇς (pap. πτωητῇς)." Non esse cur magus periculum vel ullum malum timeat, cum phylacteria secum habeat, etiam *pap. Paris.* 30,92 sq. affirmat: apparet deus: „σὺ δὲ μὴ πτοηθῇς φυλασσόμενος τῷ φυλακτηρίῳ τῷ σοι δηλωθησομένῳ." Cum deum vel numen quoddam excitaturus sit, mago phylacterium commendatur: ita *pap. Paris.* 1071 sq. „φυλακτήριον τῆς πράξεως, ὃ δεῖ σε φορεῖν ἐπιβαλλόμενον πρὸς φύλαξίν σου ὅλου τοῦ σώματος" describitur. Itemque commendatur *pap. Lond.* 239 sq. „τὸ δὲ ῥάκος περίθου περὶ τὸν τράχηλον, ἵνα μή σε πλήξῃ λόγος ὁ λεγόμενος." Ne quicquam magus timeat, cum phylacterium secum habeat, monet *pap. Parth.* I, 77: „σὺ δὲ μὴ δειλοῦ."[1])

b) Cur adhibeantur phylacteria, quae vulgo „amuleta" appellantur.

Nunc de utilitate eorum phylacteriorum verba faciamus, quae non solum per actionem magicam sed etiam diutius aut per totam vitam gestabantur, i. e. de iis, quae vulgo „amuleta" appellantur. „Dicitur φυλακτήριον et antidotum contra venena, amuletum" in thesauro linguae Graecae (s. v. „φυλακτήριον") invenies.

1) Cf. *Kroll*, analecta Graeca p. 13 „qui numen aliquod excitaturi erant, φυλακτηρίοις cavebant, ne a deo apparente, quem ut χθόνιον sanguinis avidum putabant, sive a daemone maligno dei speciem induente (Philostr. v. Ap. VI, 11,6) interficerentur . . ."

Ad hanc definitionem optime quadrant quae papyri aliique libri (nam in hoc capite etiam ex aliis auctoribus exempla afferemus) de phylacteriis diutius adhibitis tradunt. Non solum daemones ut in actione magica depelluntur his phylacteriis, sed etiam morbi aliaque cuiusvis generis mala quae sive orta sive nondum orta a daemonibus provocari putabant homines.[1]) Quin etiam qui phylacteria secum habet, eum victoriam, gloriam, honorem, divitias aliaque bona assecuturum esse promittunt papyri. Exemplum exstat *pap. Lond.* 121, 589 sqq., ubi „φυλακτήριον σωματοφύλαξ πρὸς δαίμονας, πρὸς φαντάσματα πρὸς πᾶσαν νόσον καὶ πάθος . . .“ describitur. Multa alia exempla exstant quibus daemones, morbos aliaque mala phylacteriis depelli demonstratur. Quibus ex phylacteriis affero haec: „. . . ἐγὼ δὲ καὶ τὴν πυτίαν τῆς φώκης ἔμιξα καὶ ἐνίκων πάντας τοὺς ἀντιδίκους καὶ ἀήττητος ἤμην, ὁ γὰρ φορῶν τοῦτο τὸ φυλακτήριον ἕξει ἀγαθὰ ὅσα οὐ προσδοκᾷ ἀπὸ τοῦ θεοῦ καὶ ἔσται ἔντιμος πανταχοῦ, νικῶν ἐν πᾶσιν ἔργοις καὶ λόγοις, ῥυόμενος ἀπὸ παντὸς κινδύνου καὶ δαίμονος καὶ φαρμακείας καὶ πάσης κακουργίας καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, πάντα τὰ κακὰ ἀποστρέφει, πάντα δὲ τὰ ἀγαθὰ προξενεῖ. ἔστιν δὲ καὶ προγνωστικὸν ὅπερ σὺν σοὶ θεὸς μόνος ἐπίσταται“ (*Kyran.* I, στ. η, 20 ed. Mély p. 22). Alio loco describitur „μέγιστον φυλακτήριον πρὸς πᾶσαν καὶ σύστασιν καὶ νίκην· λύει γὰρ πᾶσαν μάχην καὶ εἰς φιλίαν μετατρέπει· ῥύεται δὲ ἀπὸ πάσης ἀνάγκης χαλεπῆς καὶ περιστάσεως, θαλασσίων κινδύνων καὶ πειρασμῶν

1) Morbus non solum a daemonibus provocari putabatur, sed etiam ipse daemon est. De hac superstitione cf. *Gomperz*, Griech. Denker I, p. 223; *J. Grimm*, Deutsche Mythologie II, 1106; *W. Wundt*, Essais „Der Aberglaube in der Wissenschaft“ p. 308 sqq. (323), Leipzig 1885; *Jastrow*, Die Religion Babyloniens u. Assyriens I, 1905 p. 376; *Fossey*, La magie assyrienne (= bibl. de l'école des hautes études sc. rél. 15) Paris. 1902 p. 22; 63; *Messerschmidt*, Orient. Litt. Zeitung 1901 p. 173 sqq.; *Fr. Lenormant*, La magie chez les Chaldéens, Paris 1874 p. 34; *Küchler*, Beitr. zur Kenntnis der assyr.-babyl. Medizin, Leipzig 1904; *Höfler*, Krankheitsdaemonen (Archiv f. Religionswiss. II (1899) p. 86 sqq.; *Bartels*, Medizin der Naturvölker, Leipzig 1893 p. 8. 10; *Reich*, Mimus I p. 498 sqq.

ἔν τε γῇ καὶ θαλάσσῃ καὶ ἀπὸ δαιμόνων καὶ πάσης νόσου. Παρέχει δὲ καὶ ὑγείαν καὶ εὐπραξίαν, εὐημερίαν, εὐπορίαν τε παντοίων ἀγαθῶν καὶ ἀληθῶς ἐστι μέγα θεόδοτον φυλακτήριον νικητικόν καὶ φυλακτήριον φιλητήσιον . . ." (*ibid.* I, στ. φ, 9, p. 40.). Aliud phylacterium „ἐξελαύνει καὶ τοὺς ἀπειθοῦντας ἐξελθεῖν δαίμονας": eodem phylacterio „σεληνιαζομένους τῆς μανίας ἀπαλλάξεις" (*ibid.* I, ω p. 47, 15). Alio loco promittitur „καὶ ταῦτα (scil. res antea commemoratas) φορῶν εἰς φυλακτήριον εἰρηνικὸν καὶ φιλητὸν καὶ ἐρωτικὸν ποιεῖ τὸν φοροῦντα, κἂν ἐν μέσῳ πολεμίων ἐμπέσῃ, οὐ μὲν ἀδικηθῇ, οὐδὲ ἀπὸ χειμῶνος ἢ κεραυνοῦ βλαβήσεται, ἀλλ' ἔσται ἐν πᾶσι χαριέντης καὶ ἡσύχιος . . ." *ibid.* III, α, 3 p. 81). Aliud phylacterium omnia animalia mortifera vel venenata depellit: „ἀποστρέφει δὲ καὶ ἰνδαλμοὺς νυκτερινούς· ποιεῖ δὲ καὶ ἐπὶ λιθιῶντας, βασκοσύνην δὲ πᾶσαν ἀποστρέφει" (*ibid.* I, η, 8 p. 19). Aliud „μέγα φυλακτήριον (antea descriptum) ἐστὶ καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν πρὸς τὰς ἀναδρομὰς τῆς μήτρας, παρεγκλίσεις, σκοτισμούς, αἱμοῤῥοίας, καὶ ἁπλῶς χωρὶς πτώσεως καὶ ἀναβρώσεως καὶ καταβρώσεως, πρὸς πάντα ποιεῖ" (*ibid.* I, υ, 6 p. 39).

Ex papyris afferenda sunt haec exempla: Febris[1]) phylacteriis abigitur: „φύλαξον . . ἢ τρὶς ἡμέρας ἢ ἡμερινὸν ἢ ἰσημερινὸν ἢ ἀεὶ πυρετοῦ καθάρισον ἡμᾶς" (*pap. R. 2*, [Wess. p. 68, 8]); cf. *pap. Lond.* 121, 224 „φυλακτήριον πρὸς ῥιγοπύρετον καθημερινόν": *ibid.* 211 sq. („πρὸς ῥιγοπύρετον"); 213 sq. („πρὸς καθημερινὸν νυκτερινόν"). Tussis sanatur („πρὸς βῆχα ἐπὶ δέρμα ὑαίνης ἐπίγραφον . . . ἀπάλλαξον τὸν δεῖνα ἀπὸ τῆς συνεχούσης αὐτὸν βηχός." *pap. Lond.* 121, 203 sqq. cf. *ibidem* 206 sq.). Etiam ad partus accelerandos[2]) (*Diosc.* 5, 175; 159); „πρὸς ἡμικράνιον" (*pap. Lond.* 121, 199; 201 sq.); „πρὸς ῥεῦμα

1) Cf. *Wilcken*, Arch. für Papyrusforsch. I p. 425; *Wessely*, Führer durch die Ausstellung, P.-R. p. 124.

2) Cf. *Plut. de Is. et Osir.* p. 367. 368 B: Isis cum gravida esset phylacterium gessisse traditur: „τὴν Ἶσιν αἰσθομένην ὅτι κύει περιάψασθαι φυλακτήριον"; „τὸ δὲ τῆς Ἴσιδος φυλακτήριον ὃ περιάπτεσθαι μυθολογοῦσιν αὐτήν, ἐξερμηνεύεται „φωνὴ ἀληθής."

ὀφθαλμῶν" (*ibid.* 197; cf. *Marc. Empir.* 8, 27; 58); „πρὸς μασθῶν σκληρίαν" (*ibid.* 208 sq.); „πρὸς βουβῶνα" (*ibid.* 209 sq.) commendantur phylacteria, ut alios morbos qui phylacteriis sanari dicuntur, omittam (cf. *Kyran.* I, μ, 15 p. 30; ibid. φ, 10 p. 41; ibid. III, χ, 6, 99; *Diosc.* 5, 158; *Marc.* 14, 30; 68; 21, 8).

„Πρὸς σκορπίου πληγὴν ἐν χάρτῃ καθαρῷ" signa magica scribuntur. „ἐπίδησον τὸν χάρτην καὶ ἔσται (scil. ὁ τόπος ἐν ᾧ ἡ πληγή) ἄπονος παραυτά" (*pap. Lond.* 121, 194 sqq.). Ad fascinationis periculum depellendum permulta phylacteria adhiberi *Jahnius* in dissertatione illa exemplis uberrima exposuit quae inscribitur „über den Aberglauben des bösen Blicks bei den Alten".[1])

Etiam mortui quibus varia pericula imminent, phylacteria secum habent.[2]) — Aurea vel argentea lamella signis magicis inscripta commendatur „πρὸς ἐχθροὺς καὶ κατηγόρους καὶ λῃστὰς καὶ φόβους καὶ φαντασμοὺς ὀνείρων" (*pap. Lond.* 124, 24 sqq.). Permulta quae assecuturum esse eum qui „δακτυλίδιον πρὸς ἐπίτευξιν καὶ χάριν καὶ νίκην" habet, enumerat *pap. mag. Lugdun.* VIII, 24 sqq.: „ἐνδόξους ποιεῖ καὶ μεγάλους καὶ θαυμαστοὺς καὶ πλουσίους κατὰ δύναμιν ἢ τοιούτων φιλίας παρέχει· ἐστί σοι κατὰ πάντα δικαίως καί εὐπροφόρως ἀδιάλειπτος ὁ κύκλος, ὄνομα περιέχει κάλλιστον (describitur lapis „ἡλιοτρόπιον") καὶ τελέσας φόρει καθαρείως. τούτου μεῖζον οὐδὲν ἔσχεν ὁ κόσμος· ἔχων γὰρ αὐτὸ μεθ' ἑαυτοῦ, ὃ ἂν παρά τινος αἰτήσῃς πάντως λήμψει· ἔτι δὲ βασιλέων ὀργὰς καὶ δεσποτῶν παύει· φορῶν αὐτό, ὃ ἂν τινι εἴπῃς, πιστευθήσῃ ἐπίχαρίς τε πᾶσιν ἔσει, ἀνοίξει δὲ θύρας καὶ δεσμὰ διαρρήξει καὶ λίθους ὁ προσάγων τὸν λίθον τοῦτ' ἔστιν ψῆφον καὶ λέγων τὸ ὄνομα τὸ ὑπογεγραμμένον. Ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς δαιμονιοπλήκτους· δὸς γὰρ φορεῖν αὐτὸ καὶ

1) Bericht der sächs. Ges. der Wiss. 1855 I. — Cf. *Bartels*, Medizin der Naturvölker p. 43: *Elworthy*, The evil eye, London 1895 p. 115—157 „symbols and amulets" — *Frommann*, tractatus de fascinatione, Norimbergae 1695.

2) Cf. *Riess*, P.-W. s. v. „Amulett" p. 1988; *Lenormant*, l. c. p. 82; *C. Meyer*, Abergl. des Mittelalters, Basel 1884 p. 256.

παραυτὰ φεύξεται τὸ δαιμόνιον." Aliud „δακτυλίδιον πρὸς πᾶσαν πρᾶξιν καὶ ἐπιτυχίαν" phylacterii loco adhibitum describitur *ibid.* VI, 27 sqq. („πρὸς τοὺς βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνας λίαν ἐνεργές. λαβὼν ἴασπιν . . . τελέσας τὸν λίθον ἐν χρυσῷ δακτυλίῳ φόρει, ὁπόταν ᾖ σοι χρεία, ἁγνὸς ὢν καὶ ἐπιτεύξῃ πάντων ὅσων προαιρῇ"). „Χάρις" et „νίκη" saepius promittitur: *Pap. Lond.* 121, 186 sqq. („χαριτήσιον καὶ νικητικόν"); *pap. Lond.* 121, 987 sqq. („νικητικὸν θαυμαστόν"); *ibid.* 992 sqq. (ὑποτακτικόν"); *ibid.* 1008 („θυμοκάτοχον"); *ibid.* 398 sqq. („νικητικὸν δρομέως"); *ibid.* 404 sqq. („φιμωτικὸν καὶ ὑποτακτικὸν γενναῖον"). „Ἀπαράβατον, νικητικὸν καὶ μέγιστον φυλακτήριον" describitur *Kyr.* III, π, 13 p. 95; nam „ἔσται ὁ φορῶν ἀήττητος ἐν πᾶσι καὶ θαυμαστὸς καὶ τοὺς ὑπερέχοντας αὐτὸν νικῶν πάντας ἐν τῷ πολέμῳ καὶ δίκαις." Quem ad locum conferas velim *schol. ad Juven.* III, 68 „rustici didicerunt luxuriam et palaestris uti et phylacteriis ut athletae ad vincendum: nam et niceteria phylacteria sunt, quae ob victoriam fiebant et de collo pendentia gestabantur."

Si phylacterium fusius descriptum tecum habebis, „προγνώσει πάντα . . . καὶ ἔσῃ προγιγνώσκων ὅσα θέλεις ἐννοεῖσθαι· ἔσῃ γὰρ πάντα τὰ προειρημένα νοῶν (ὅσα γίνεται ἐν κόσμῳ ἢ ἐν οὐρανῷ ἢ κατὰ κλίματα ἢ κατὰ πόλιν ἢ κατ᾽ ἄνθρωπον ἢ ἐν τῷ οἴκῳ σου ἢ ἄλλῳ οἴκῳ περὶ γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν ἢ κλεπτῶν) βίους τε καὶ μοίρας ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν καὶ κλεπτῶν καὶ δραπετῶν τὸ ποῦ καὶ πῶς, καὶ ἁπλῶς ἅπαντα." (*Kyr.* I, φ, 25. 27 p. 42 sq.). – Etiam superstitio amatoria phylacteriis utitur[1]): cf. *pap. Paris.* 1253; 1317—30; 2630 sqq.; 2897; *Lond.* 494 sqq.

Denique affero e papyris exempla quae docent etiam gloriam, honorem, venustatem, divitias aliaque bona assequi qui phylacteria secum habet. „δὸς δόξαν καὶ τιμὴν καὶ χάριν

1) Cf. *Fahz*, l. c. p. 35: *Dedo*, De antiquorum superstitione amatoria, Diss. Gryphiae 1904 p. 15: *E. Kuhnert*, Nord u. Süd 1900, 1, p. 327 sqq.: *Wessely*, Bericht über griech. Papyri in Paris u. London (Wiener Studien VIII p. 180).

καὶ τύχην καὶ δύναμιν, ᾧ ἐπιτελοῦμαι σήμερον τῷ δεῖνα λίθῳ ἢ φυλακτηρίῳ τελουμένῳ πρὸς τὸν δεῖνα" (*pap. Paris.* 1616 sqq. cf. *Reitzenstein*, Poimandres p. 29). Eadem fere verba invenies *pap. Paris.* 1650 sq.; 1653; 1661; 1665; 1674; 1685; 1690; 1702.

Magnam vim habent tres versus Homerici[1]): *pap. Paris.* 2145 sqq. („τρίστιχος Ὁμήρου πάρεδρος") „τούτους τοὺς στίχους ἐάν τις ἀποδράσας φορῇ ἐν σιδηρᾷ λάμνῃ, οὐδέποτε εὑρεθήσεται." „ὁμοίως τὴν αὐτὴν λάμναν περίαπτε τῷ μέλλοντι ἀποθνήσκειν καὶ πάντα ἀκούσῃ (W. ἀκούσεται) ἃ ἐπερωτᾷς· ἐπειδάν τις καταδεδέσθαι νομίζῃ, ἐπίλεγε τῷ ὕδατι θαλασσίῳ ῥαίνων τε πρὸς ἐπιπομπάς. ἀθλητὴς δὲ ἔχων τὴν λεπίδα ἄλειπτος μένει." „ὁμοίως δὲ καὶ ἡνίοχος φορῶν τὴν λεπίδα σὺν λίθῳ μάγνητι. καὶ ἐν δικαστηρίῳ ὡσαύτως. καὶ μονομάχος δὲ ταῦτα φορείτω· καταδίκῳ δὲ σφαγέντι ἀψαμένῳ εἰπὲ εἰς τὸ οὖς τοὺς στίχους καὶ ὅσα θέλεις πάντα σοι ἐρεῖ· σὺ δὲ βαστάξας τὴν λάμναν εἰς τὴν πληγὴν ἕξεις μέγα ἀγαθὸν πρός τε ὑπερέχοντας ἢ δεσπότας ἢ ἑτέρους τινάς· ἔσῃ γὰρ ἔνδοξος πιστικός. καὶ δαίμονας καὶ θῆρας ἀποπέμπει. φοβηθήσεταί σε πᾶς· ἐν πολέμῳ ἄτρωτος ἔσῃ· αἰτήσας λήμψει· ἀλλαχθήσῃ· ἧς δ᾽ ἂν παράψῃ γυναικὸς ἢ ἀνδρὸς φιληθήσει. ἔνδοξος μακάριος ἔσει· κληρονομίας ἕξεις· εὐτυχήσεις· φάρμακα νικήσεις· καταδεσμοὺς ἀναλύσεις καὶ ἐχθροὺς νικήσεις." Cf. *pap. Lond.* 121, 215 sqq.; *pap. Leid.* XII, 13 sqq.).

2. De divina quadam vi quae phylacteriis inest.

Postquam multa testimonia de utilitate quam phylacteria praebent, congessimus, iam quaeramus qua re factum sit, ut phylacteriis tanta vis adscriberetur.

Breviter possumus respondere: omnibus phylacteriis divinam quandam vim inesse homines existimant. Qui phylacterium habet, deum ipsum secum habet. Unum tantum exemplum e papyris afferre mihi liceat. Cum *pap. Paris* 1650 legamus „δὸς δόξαν καὶ χάριν τῷ φυλακτηρίῳ τούτῳ", *ibidem* 1665 verba

1) = K 521; 564; 572.

exstant „δὸς ἰσχὺν καὶ θάρσος καὶ δύναμιν τῷ θεῷ τῷ δεῖνα.“ Itaque his duobus locis comparatis non dubium est, quin phylacterium idem sit atque deus eique divina quaedam vis insit, quae homines ab omnibus periculis tuetur. Itaque fieri potest, ut papyrus phylacteria quasi personam osculari iubeat („καὶ καταφίλει τὰ φυλακτήρια . . .“ *pap. Paris.* 660; „καταφιλῶν πάλιν τὰ φυλακτήρια . . .“ *ibid.* 707 = *Dieterich*, Mithrasliturgie p. 12, 15; 14, 23). Hoc loco addo perseae arboris folia ut lingua detergeantur a mystis *papyrum Parisinam* praescribere: „γράψον ἐπὶ φύλλου περσέας τὸ ὀκτωγράμματον ὄνομα ὡς ὑπόκειται καὶ πρὸ τριῶν ἡμερῶν ἁγνεύσας ἐλθὲ πρωίας πρὸς ἀνατολάς, ἀπόλειχε τὸ φύλλον δεικνύειν ἡλίῳ καὶ οὕτως ἐπακούσεται τελείως. ἄρχου δὲ αὐτὸν τελεῖν τῇ ἐν λέοντι κατὰ θεὸν νουμηνίᾳ. τὸ δὲ ὄνομά ἐστι τοῦτο· ιεεοοιαι. τοῦτο ἔκλειχε, ἵνα φυλακτηριασθῇς, καὶ τὸ φύλλον ἑλίξας ἔμβαλε εἰς τὸ ῥόδινον . . .“ (*pap. Paris.* 785 sqq. = *Dieterich*, l. c. p. 18, 14 sqq.).

Phylacteria etiam ab hominibus devorantur, ut deum vel divinam vim, quae in phylacteriis est, in se habeant.[1]) Unum tantum exemplum affero hoc loco: („εἰς ῥίγον“) „γράψον εἰς μῆλον ἢ εἰς κυδώνιον ἢ εἰς πρόσωπον ψωμίου καὶ δίδου ἐσθίειν ὅταν μέλλῃ ταράσσεσθαι“ (*Kroll*, codd. Vindobon. p. 88; F 182 cod. 12 = med. gr. 27).

Etiam nomen dei phylacterium est. Hoc nomen cum scit, nihil homini timendum est: nam qui nomen dei scit, deum ipsum secum habet.[2]) Exemplum exstat in papyro quam

1) Cf. ut alia omittam exempla, *Dieterich*, Mithrasliturgie p. 112; cf. p. 106 sqq. „Der Name, auf ein Blatt geschrieben, wird abgeleckt und verschluckt. Dann ist die dämonische Macht des Trägers dieses Namens in dem, der ihn verschluckt hat . . . Bis zum heutigen Tage werden nach dem Aberglauben unseres Volkes Zettel verschluckt mit heiligen mystischen Namen. Dann ist, wer sie verschluckt, fest gegen Schuss und Hieb . . .“ — *Riess*, Volkstümliches bei Artemidor p. 182 (mus. Rhen. 49). — *R. Andree*, „Votive und Weihegaben des katholischen Volks in Süddeutschland,“ 1904 p. 21 Abbild. 1.

2) Cf. *Dieterich*, l. c. p. 112 „Jeder, der den Namen besitzt, verfügt mit ihm über die Kraft seines Trägers.“ — *Kroll*, mus. Rhen. 52, 345 sq

Dieterich in libro qui „Abraxas“ inscribitur, edidit: „τὸ γάρ ὄνομά σου ἔχω φυλακτήριον ἐν καρδίᾳ τῇ ἐμῇ καὶ οὐ κατισχύσει με ἅπασα Στὺξ κινουμένη, οὐκ ἀντιτάξεταί μοι πᾶν πνεῦμα, οὐ δαιμόνιον, οὐ συνάντημα οὐδὲ ἄλλο τι τῶν καθ᾽ Ἅιδου πονηρῶν διὰ τὸ σὸν ὄνομα, ὃ ἐν τῇ ψυχῇ ἔχω . . .“ (p. 196,18 sqq.). Vides igitur vocem magicam vel nomen dei i. e. deum ipsum phylacterii loco adhiberi.[1]) Haec divina phylacteriorum vis non solum unum hominem, sed etiam totum locum, quo phylacteria servantur, tueri potest. Itaque urbes, templa alia loca publica phylacteria habent[2]) (cf. *pap. Paris.* 3126 sqq.; 2359 sqq.).

III. De materia phylacteriorum.

Ad pericula, morbos aliaque mala supra commemorata arcenda tam multas res idoneas existimabant antiqui, ut omnes in hoc capite, in quo de amuletorum usu in universum agimus, enumerare non possimus. Attamen permultis exemplis imprimis e papyris collectis vix ullam materiam esse, quae non aliquando pro amuleto vel phylacterio usurpata sit, demonstrabimus. Materia et genus phylacteriorum semper fere accurate describitur. Unum tantum exemplum quod certi phylacterii usum non praecipit, inveni in epistola quam Pitym ad Ostanem[3]) scripsisse *pap. Paris.* 2111 fingit: „φύλασσε δὲ σεαυτὸν οἵῳ βούλει φυλάγματι.“

Atque primum quidem plantis pro phylacteriis uti, cum multum antiquitus in re magica valuerint, commendatur.[4]) De

— *Roscher*, Lexicon III, 1,583 adnot. I — *Wilh. Heitmüller*, Im Namen Jesu. Eine sprach- u. rel.-gesch. Untersuchung z. N. T., spez. z. altchristl. Taufe. Göttingen 1903. p. 144. — *Frazer*, le rameau d'or I, 331 sqq.

1) Cf. *Reitzenstein*, Poimandres p. 17 adnot. 6: „Der Name ist in diesen mystischen Stücken fast gleich der Person oder einer Hypostase von ihr . . .“ — *Frazer*, l. c. p. 377.

2) Cf. *Kircher*, Oedipus Aegyptiacus II. 2 p. 445, Romae 1652; *Kroll* ap. *Skutsch*, Gallus u. Vergil p. 196.

3) De Ostane mago Persico cf. *Apul.* apol. I, 326; *Diosc.* IV, 33; *Plin.* n. h. 30,2; *Tatian* c. Gr. 56.

4) Cf. *van Dale*, dissert. de origine et progressu idolatriae et superstitionum; Amstelod. 1696 p. 603 sqq.; *Welcker*, Kl. Schriften III. p. 20 sqq.;

plantis amuletorum loco usurpatis infra longius disseremus; itaque pauca tantum exempla e papyris affero: „Κεντρῖτις βοτάνη" (*pap. Paris.* 779 sqq. = *Dieterich*, Mithrasliturgie p. 18,12sqq.) „ἀείζωον βοτάνη" (*l. c.* 1082) „ἱερακῖτις βοτάνη" et „στάχυς" (*l. c.* 901) „εἰς τὸ φυλαχθῆναι" praescribuntur. Non tam meum esse quam herbariorum puto has herbas nominibus earum quae apud nos gignuntur definire. Nam quid valet vana unius nominis umbra?[1]) — „Ῥίζα πασιθέα ἢ ἀρτεμισία" commendatur *pap. Lugd.* XII, 13sq.[2]) Etiam arborum partes phylacteria sunt. Ita „φιλύρινον"[3]) i. e. pars tiliae arboris (*pap. Paris.* 2695sq.), perseae arboris[4]) (*ibid.* 782) et lauri[5]) folia (*ibid.* 889sqq.; 2206; *Lond.* 889; pap. *Parth.* I, 264sqq.) magos tuebantur.

Deinde animalia quaedam vel animalium partes saepius phylacteriorum loco adhibentur. Desiderantur partes ovis („ὑμὴν προβάτου μέλανος" et „ὑμὴν λευκοῦ προβάτου" *pap. Par.* 815sqq.), asinae („θηλείας ὄνου ὀδόντα τῶν ἄνωθεν δεξίου σιαγονίου" *pap. Paris.* 2897 sq.), vituli rubri („μόσχου πυρροῦ" [sc. ὀδόντα] *ibid.* 2898), asini,[6]) tauri, caprae („ἔχων φυλακτήριον τῶν αὐτῶν ζώων [ὄνου μέλανος, αἰγὸς ποικίλης, ταύρου

Dieterich, pap. mag. Lugdun. p. 784 adnot. 1; Herbas alias aliter in actione magica adhibitas e papyris collegit *Wessely*, Neue griech. Zauberpap. 1893 p. 15; in universum cf. *Riess*, s. v. „Aberglaube" P-W I, 51—68. — De tali medii aevi superstitione cf. *Meyer*, Der Aberglaube des Mittelalters. Basel 1884 p. 60sqq.; etiam nostris temporibus saepissime herbas ad has res adhiberi docet: *Wuttke*, Der Aberglaube der Gegenwart³, p. 96sqq.

1) Ut cognoscas quam difficile sit herbas definire cf. quae *M. Wellmann* de planta „Κεντρῖτις" vocata adduxerit apud *Dieterich*, l. c. p. 21sq. — de herba „ἀΐζωον" vocata = „ἀείζωον" cf. *Murr*, Die Pflanzenwelt der griech. Mythologie. Innsbruck 1890 p. 212sq., 192. 223; *Fraas*, synopsis plantarum florae classicae, Monac. 1845 p. 135.

2) Cf. *Murr*, l. c. p. 190. — *Dieterich*, pap. Lugd. p. 784.

3) Cf. *Murr*, l. c. p. 15sq.

4) Cf. *Murr*, l. c. p. 74sq.

5) Cf. *Murr*, l. c. p. 92sqq.

6) Asini et suis partes etiam apud Assyrios phylacteriorum loco usitatas esse docet *Jastrow*, I, l. c. p. 335.

μέλανος] τρίχας πλο[pap. πρω]κίσας σειράν“ *ibid.* 1336 sq.), capri („λέγουσι καὶ ἐκ τῆς γένυος τοῦ τράγου εἴ τις λαβὼν τρίχας περιάψαι τῷ πάσχοντι, θαυμαστῶς θεραπεύειν δύνασθαι τεταρταῖον.“ *Alex. Trall.* I p. 437 ed. Puschmann), equi („dentes equi qui primi cadunt, alligati facilem dentionem praestant“; *Plin. sec.* de medicina p. 28, 16 Rose cf. *Plin.* n. h. 28, 258); felis („ἄγων τὰς τρίχας τοῦ αἰλούρου τὰς ἐκ δεξίων καὶ ἐξ εὐωνύμων τοῦ στόματος αὐτοῦ ὡσεὶ φυλακτήριον“ *pap. Mim. Louvr.* 2391, 95 sq.; „φυλακτήριον ἡ οὐρά [sc. αἰλούρου] 914; συραν W. correxit Kroll in „οὐράν“] *pap. Lond.* 121, 924); suis[1] („τὸ δὲ φυλακτήριον τὸ ζητούμενον αὐτοῦ εἰς χοιρίαν σπάθην γλύφε . . . ἤτω δὲ ἡ σπάθη ἀπὸ συὸς μέλανος λεπροῦ ἐκτομίου“ *pap. Paris.* 3114 sqq.); lupi („φυλακτήριον τῆς πράξεως λύκου ἀστράγαλον περιάπτου“ *pap. Paris.* 1316 sq.); vulpis („vulpinam linguam habentem in armilla lippiturum negant“ *Plin. iun.* p. 22, 12 sq. cf. *Plin. n. h.* 28, 172; *Marc. Emp.* 8, 129); hyaenae (cf. *Plin.* 28, 92 sqq.).

Ex avibus pro phylacteriis adhibentur — ut paucas afferam — aquila („τὴν καρδίαν αὐτοῦ καὶ τὸ δέρμα τῆς κεφαλῆς καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰ ἄκρα τῶν μεγάλων πτερύγων“ *Kyr.* III, α, 3 p. 8); ciconia („ἐὰν δέ τις νικήσαντος πελαργοῦ ἐν τῷ πολέμῳ λαβὼν καρδίαν δήσῃ εἰς δέρμα ἱέρακος ἢ γυπὸς νικηθέντος . . .“ *Kyr.* III, π, 13 p. 95); accipiter („τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ [sc. ἱέρακος] καὶ τὴν γλῶτταν καὶ τὴν καρδίαν ἔνδησον μετὰ γλώσσης βατράχου[2]) ζῶντος καὶ τῶν δύο λίθων τοῦ μαγνήτου καὶ τοῦ ἱερακίτου καὶ ὀλίγου ῥινίσματος σιδήρου, διὰ τὸ εἶναι ζῶντα τὸν μαγνήτην, καὶ συνδήσας ἔχε . . .“ *Kyr.* I, φ, 25 p. 42); vultur („ossa de capite vulturis sub collo alligari prodest.“ *Plin. sec. iun.* I, 1 p. 11, 21 sq., cf. *Plin.* n. h. 29, 112; *Marc.* I, 81). — Adnotandum est etiam (*Kyr.* I, η, 20 p. 22) phocam vel vitulum marinum adhiberi: „τὴν πυτίαν τῆς φώκης ἔμιξα . . .“; alio loco phoca cum aliis phylacteriis

1) Cf. p. 15 adnot. 8.

2) Cf. *Marc. Emp.* 10, 42. *Pelag.* 356. 362. *Keller,* Kulturgesch. a. d. Tierwelt, Prag 1904, p. 26.

coniungitur: „τῆς οὖν φώκης αἱ τρίχες αἱ ἀνὰ μέσον τῶν ῥινῶν καὶ τοῦ στόματος εὑρισκόμεναι μεγάλαι καὶ τραχεῖαι, μετὰ τοῦ μέσου τῆς καρδίας τῆς φώκης, ἄκρον καὶ καρδίας ἔποπος καὶ ὀλίγου ἥπατος τῆς φώκης καὶ χρυσανθέμου βοτάνης, τὸ μυρίκιον ἤγουν μυρμήκιον, καὶ ὄγγος τοῦ στρουθίου τῆς γλώσσης καὶ ὀλίγον μόσχον εἰς δέρμα ἐλάφειον, καὶ λύκου δεξιὸν ὀφθαλμὸν συνδήσας ἔχε . . ." *Kyr.* I, φ, 9 p. 40 (cf. *ibid.* 10, p. 41: „οἱ δὲ ὄνυχες τῶν χειρῶν τῆς φώκης βασταζόμενοι ἢ φορούμενοι πᾶσαν βασκανίαν καὶ πᾶσαν νόσον καὶ κάκωσιν ἀπελαύνουσιν. Οὐδὲν οὖν ἄτοπον εἰ καὶ ὄνυχα τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἐμβαλεῖς (εἰς) τὸ φυλακτήριον· κρεῖττον γάρ ἐστιν."). „Κέντρον τοῦ σκορπίου καὶ τῆς ὠκίμου βοτάνης τὸ ἄκρον . . . καὶ χελιδόνος καρδία . . ." desideratur *Kyr.* I, ω, 15 p. 47. Lacertae[1]) pars saepius est phylacterium: „λαβὼν καλαβώτην χωροφαγόντα ἐν τοῖς μνημείοις εὑρισκόμενον· ἄρας αὐτοῦ τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐν καλάμῳ κόψας ἔασον αὐτὸν εἰς τὸν ἴδιον τόπον αὐτοῦ ἀπελθεῖν ζῶντα καὶ ἀσφαλίσας τὴν χεῖρα τοῦ ζώου φόρει" *pap. Lond.* 121, 186 sqq. cf. *Marc. Emp.* 8, 50; 90; 15, 52; 29, 13; 33, 64; 34, 8 *Veget.* II 58; *Alex. Trall.* I p. 437.

Denique breviter commemoro haec animalia: gallinaceum pullum (*Plin. iun.* 11, 22—25; cf. *Plin.* n. h. 29, 113; *Marc.* I, 82 „plumae vel crista alligatur ad collum aut dolentis caput ac statim medetur"); araneam[2]) „quae sursum versus subit et texit" (*Marc. Emp.* 9, 11. 14, 68; cf. *Alex. Trall.* I p. 407 „τὸ ζῳύφιον τὸ καθεζόμενον καὶ ὑφαῖνον ἐπὶ τὸ θηρᾶν τὰς μυίας καλῶς ποιεῖ δεσμούμενον ῥάκει καὶ περιαπτόμενον ἀριστερῷ βραχίονι" [„πρὸς ἀμφημερινούς"]); muscam (*Marc.* 8, 52; *Plin.* 28, 29); scarabaeum (*Alex. Trall.* I, p. 437); formicam (*Plin.* 28, 86); cochleam (*Plin. iun.* I p. 12, 2—4; *Marc.* I, 85); cancrum (*Marc.* 8, 51; *Geop.* 19, 8); viperam (*Plin. iun.* p. 20, 20 sq. cf. *Marc.* p. 108 inf.); crocodilum (*Plin.* 28, 107. 111).

1) Cf. *W. Drexler*, Philologus 58, 1899, p. 610 sqq.

2) Cf. *Heucher*, opera I p. 167 § 30 (ed. Haenel, Lipsiae 1745).

Omnia haec animalia, quae facile supplere potes,[1]) pro phylacteriis usurpantur.

Etiam lapides in usu erant superstitioso.[2]) Exempli gratia affero haec phylacteria[3]): σκευὴ φυλακτηρίου τῆς πραγματείας· λαβὼν μάγνητα τὸν πνέοντα ποίησον ὡς καρδίαν καὶ ἐγγεγλύφθω Ἑκάτη . . .“ (*pap. Paris.* 2630) cf. *Marc.* I, 63; — „φυλακτήριον τῆς πράξεως· λαβὼν λίθον σιδηρίτην ἐν ᾧ ἐγγεγλύφθω Ἑκάτη τριπρόσωπος . . .“ (*pap. Paris.* 2877). Tum phylacteria nominantur „σεληνίτης λίθος“ (*Diosc.* V, 158); „ἴασπις“ (*ibid.* V, 159)[4]); „ὁ ἐν τῇ σαμίᾳ γῇ λίθος“ (*ibid.* V, 172); „λίθος ὑέτιος“ (*Kyr.* I, υ, 6 p. 39); „ἡφαιστίτης λίθος“ (*ibid.* η, 8, p. 19); „lychnites“ (*Marc.* 8, 188); „bostrochytis“ (*ibid.* 8, 98); „ἀετίτης“ (*Diosc.* 5, 160; *Alex. Trall.* I p. 407 ed. Puschmann) „ὀφίτης“ (*Diosc.* V, 161); „λίθος ἡλιοτρόπιος“ (*pap. Lugd.* VIII, 26); „λίθος ἱέρακος“ (*pap. Parth.* I, 65sqq.). Mirum phylacterium est quod in hirundinis ventre inveniri traditur: „Χελιδόνος νεοσσοὺς τοὺς ἐκ τῆς πρώτης νεοσσοποιΐας αὐξομένης τῆς σελήνης ἀνατεμὼν εὑρήσεις ἐν τῇ γαστρὶ λίθους, ἐξ ὧν δύο λαβών, ἕνα ποικίλον καὶ τὸν ἕτερον καθαρόν, πρὸ τοῦ ἐπιψαῦσαι τῆς γῆς ἐνδύσας εἰς δέρμα δαμάλεως ἢ ἐλάφου καὶ περιάψας βραχίονι ἢ τραχήλῳ ἐπιληπτικοὺς ὠφελήσεις.“ (*Diosc.* II, 60; cf. de eisdem lapillis *Marc.* I, 68;

1) Cf. *Keller*, Tiere des klassischen Altertums; *Jahn*, Abergl. d. bös. Blicks, l. c. p. 97sqq.; 37; *Wuttke*, Der deutsche Volksaberglaube der Gegenwart, passim: *Wessely*, l. c. p. 15: *Dieterich*, pag. mag. Lugdun. p. 785 adnot. 1. — *Ploss-Bartels* Maurorum feminas hystricis parte quadam pro amuleto uti commemorat. [Das Weib in der Natur und Völkerkunde I² p. 445].

2) Cf. *A. Furtwängler.* Antike Gemmen III p. 385 „Was das Altertum an sehr vielen Steinarten allein interessierte, waren die ihnen zugeschriebenen heilkräftigen und magischen Eigenschaften.“

3) Plura exempla exstant apud *Mély* les lapidaires grecs („Orph. lithica“): cf. *Kopp*, Palaeographia critica III p. 158—164; *Jastrow*, Relig. Babyl. u. Assyr. I p. 338.

4) Cf. *Revue archéologique* 1883, I p. 306 („une collection de pierres gravées . . .“ Nr. 10). — Cf. *Plin.* 37, 118; *Heim*, incantam. Nr. 177; *pap. Lugdun* VI, 28.

8,45; *Alex. Trall.* I p. 561; *Plin.* 30,27. 11,79; [*Ped. Diosc.*] περ. εὐποριστ. [ed. Sprengel II p. 104] I, 19; *Theoph. Nonnus* epit. ed. Bernard I p. 156) „οἱ δὲ ἐντὸς τῆς κοιλίας τῶν νεοσσῶν λίθοι . . . προφυλακτικοί εἰσιν βηχός, κορύζης, σταφυλῆς, παρισθμίων καὶ πάσης ὀφθαλμίας" (*Kyr.* III, γ, 6 p. 99). Denique supplendi causa breviter commemoro *Plin.* 28,42; *Marc.* 1, 54; I, 41; VIII, 107, ut multa alia exempla omittam. —

„Ὄστρακον ἀπὸ θαλάσσης" vel „ὄστρακον θαλάσσιον" desideratur *pap. Paris.* 2217; *Lond.* 121,309. 382. 475.

Linteo, cui vis religiosa adscribebatur,[1]) phylacterii loco uti saepius commendatur: cf. *pap. Paris.* 1073 („φυλακτήριον τῆς πράξεως ὃ δεῖ σε φόρειν ἐπιβαλλόμενον . . . ἀπὸ ὀθονίου ἀρθέντος ἀπὸ Ἁρποκράτου ψηφίνου ὄντος ἐν ἱερῷ οἱουδήποτε . . .") *pap. Lond.* 121,208; 239 („Βύσσινον ῥάκος.[2]). Itaque ut amuleti vis augeatur, etiam linteo illigatur phylacterium.[3]) (cf. *lapid. gr.* 16,16; *Marc.* 8,27; *Plinius*, n. h. 28,29); *Nonnus*, ed. Bernard I p. 158).

Licium et nodos[4]) phylacteria esse docet *pap. Lond.* 121, 460 („λαβὼν μίτον μέλανα βάλε ἅμματα τξε' . . . περίδησον" cf. *pap. Paris.* 330; *Plin.* 28,48. 49. 64; *Marc.* 8,62; *Plin. iun.* p. 64, 19—23). — Etiam „σπαρτίον ἀπὸ βαλαντίου" (*pap. Lond.* 121, 209) adhibetur phylacterii loco. —

Iam de metalli usu paucis disseramus: Clavorum usus valde florebat[5]) (cf. *pap. Lond.* 121,474 „ἧλος κυπρῖνος [lat.

1) Cf. *Dieterich*, Pag. mag. Lugdun. p. 789, adn. 2; *Deubner*, De incubatione p. 25; *Apul. apolog.* 56.

2) Longius *A. Mommsen*, Philol. 58, 1899 p. 343 de vocabuli „ῥάκος" usu disseruit.

3) Cf. *Ric. Heim*, de rebus magicis Marcelli med. (schedae philol. Usenero oblatae p. 121 sq.

4) Cf. *Paul Wolters*, Faden und Knoten als Amulette. (Arch. f. Relig.-Wiss. VIII suppl. p. 1—22). — *E. Babelon*, Variétés numismatiques (rev. num. sér. IV, t. 8) p. 129. — *Ploss-Bartels*, Das Weib . . . I² p. 487 sq. — *Frazer*, Rameau d'or I, 319 sqq.

5) Cf. *Heim*, incantamenta mag. p. 541 adn. 2; *Jahn*, l. c. p. 107—9; *R. Wünsch*, Zaubergeräte aus Pergamon, p. 43; *Kuhnert*, P.-W. IV, 2374; *Rubensohn*, Athen. Mitteilungen 1902, 27 p. 229; Journ. hellen. stud. 24,323.

cuprinus] ἀπὸ πλοίου νεναυαγηκότος"; *Plin.* 28,46; 48; 63; *Plin. iun.* 88, 14 sq.; *Theoph. Nonnus* ed. Bernard I p. 160); itemque anulorum[1]) (cf. „δακτυλίδια" *pap. mag. Lugdun.* VI, 27; VIII, 24; *pap. Paris.* 2132: „οὐδὲν προτιμῶ σου, φορῶ γὰρ πριάμενον τὸν δακτύλιον τόνδε παρ' Εὐδάμου δραχμῆς" *Aristoph. Plut.* 883 sq.; *Schol. ad. loc.* „ἀλεξητήριον τῶν δηλητηρίων δείκνυσιν αὐτῷ καὶ βασκανίας ἀποτρεπτικὸν δακτύλιον, ὃν καλοῦσι φαρμακίτην." *Athen.* III, 93; *Hesych.* I, 879). —

Persaepe commemorantur laminae vel tabellae[2]) plumbeae, argenteae aureae [„φυλακτήριον σωματοφύλαξ . . . ἐπιγραφόμενον ἐπὶ χρυσέου πετάλου ἢ ἀργυρέου ἢ κασσιτερίνου ἢ εἰς ἱερατικὸν χάρτην . . ." (*pap. Lond.* 121,589 sqq.); „λαβὼν λάμναν χρυσᾶν ἢ ἀργυρᾶν χάραξον . . ." (*pap. Lond.* 124,26); „φυλακτήριον ὃ φορεῖς . . . πράσσων εἰς λεπίδα ἀργυροῦν" (*pap. Paris.* 25 sq.) „φυλακτήριον εἰς πέταλον ἀργυροῦν" (*ibid.* 2705) „λαβὼν πέταλον κασσιτέρινον . . ." (*pap. Lond.* 121,215) „εἰς πέταλον κασσιτέρινον" (*ibid.* 494); cf. *ibid.* 807; *Marc. Emp.* 21,8 („lamella stagnea"); „λαβὼν μόλιβον ἀπὸ ψυχοφόρου σωλῆνος" (*pap. Lond.* 121,405) „λαβὼν λεπίδα μολιβῆν ἀπὸ ζυγοῦ μούλων (lat. mulorum)" (*ibid.* 993 sq.); „λαβὼν λάμναν μολιβοῦν ἀπό ἡμιόνων" (*ibid.* 124,31 sq.)].[3])

Plurimae hae tabellae figuris vel signis mysticis ornabantur, ut mira atque divina quaedam vis, quae metallo ipsi[4]) adscribebatur, augeretur. Etiam papyrus cuiusvis generis his ornamentis vel inscriptionibus inscripta pro phylacterio gestabatur. Saepissime commemoratur papyri usus [cf. „φυλακτήριον

---

1) Cf. *van Dale*, diss. de origine . . . idolatriae 1696 p. 529 sq.; *C. A. Böttiger*, Kl. Schriften III p. 411; *Jahn*, l. c. p. 43 adnot. 49; *Wünsch*, Zaubergerät p. 42 sq.; *H. Fischer* et *A. Wiedemann*, über babylonische „Talismane". Stuttgart 1881, p. 9; *Lobeck*, Aglaoph. p. 377; 753.

2) Cf. *P. Perdrizet*, Revue des étud. grecs. 16, 1903 p. 49; *O. Benndorf*, Zeitschr. f. d. österr. Gymnas. 26, p. 586; *Siebourg*, Bonner Jahrb. 103 p. 123 sqq.; *F. X. Kraus*, Nass. Annalen IX p. 123 sqq.

3) Cf. *Marc.* 20,26; 22,20; 21,2; 10; *Pelag.* 135.

4) Cf. *Jahn*, l. c. p. 43 adnot. 50; *Riess*, s. v. „Aberglaube" (P-W) p. 50 sq.

πρὸς μᾶλιν παρὰ τοῦ φιλοσόφου . . . γράψας ἐν χάρτῃ καθαρῷ ἢ κασσιτερίνῳ περίαπτε" (*Hippiatr.* p. 15 c. 17; *Heim* incant. mag. p. 500, 115); „πιττάκιον ἱερατικόν"[1]) (*pap. Paris.* 3142); „φυλακτήριον τοῦ προκειμένου γράφον εἰς χάρτην καθαρόν" (*ibid.* 78 sq.); „λαβὼν ἱερατικὸν κόλλημα" (*ibid.* 2512 sq.); „δέρμα κόκκινον" (*pap. Lond.* 121, 201); „δέρμα ὑαίνης" (*ibid.* 206); *ibid.* 224 sq.; 589 sqq. (locus supra p. 26 a me exscriptus est); 1008; *Plin.* 28, 29; *Marc.* 10, 34 sq.; 70; 8, 56 sq.; passim; *Plin. iun.* 89, 11 sqq.][2])

Denique breviter commemoro etiam humani corporis partes, quae in papyris numquam praescribuntur, pro phylacteriis usurpari.[3]) Imprimis sceleratorum hominum partes magnam vim habebant (cf. *Plin.* 28, 4. 7).

Sed iam permultis exemplis allatis vides vix ullam materiam esse quae non aliquando pro amuleto vel phylacterio adhibita sit. Ingentem phylacteriorum multitudinem quae in museis conservatur, in hac dissertatione afferre supersedeam. Huc pertinet membri virilis[4]), Medusae capitis[5]), deorum quo-

---

1) Cf. *Plin.* 13, 74 (de hieratica charta).

2) Cf. *Wilcken*, Heidnisches u. christl. aus Ägypten III, p. 419 sqq. 1. (Arch. f. Papyrusforschung I.)

3) Cf. *Plin.* 28, 41 (crinis; dens). Etiam sanguis, urina (*Plin.* 28, 69), sputum ad morbos aliaque mala depellenda saepe adhibentur. De saliva phylacterii loco adhibita cf. *Plin.* 28, 35 sqq.; *Jahn* l. c. p. 39; *Sittl*, Gebärden p. 117 sq.; *W. Nicholson*, the Saliva superstition in classical litterature, Harvard Studies VIII, 1897, 23—40; *Wuttke-Meyer*, l. c. p. 184.

4) Cf. *Varro*, l. l. VII, 97 „potest vel ab eo quod puerilis turpicula res in collo quaedam suspenditur, ne quid obsit, bonae scaevae causa ‚scaevola' appellata." *Plin.* 28, 39. *Jahn*, l. c. passim; *Kaibel*, „δάκτυλοι Ἰδαῖοι" (Mittlg. d. Gött. Ges. der Wiss. 1901 [phil.-hist. Kl.], p. 488 sqq.; *Dulaure*, des divinités génératrices ou du culte du phallus chez les anciens et les modernes; le culte de priape et ses rapports avec la théologie mystique des anciens par *R. Payne-Knight*, suivis d'un essai sur le culte des pouvoirs générateurs durant le mogen-age, traduits de l'anglais par E. W., Bruxelles 1883; *Andree*, Votive u. Weihegaben p. 109 sq.

5) Cf. *K. Bötticher*, Tektonik der Hellenen II, 4 p. 87; *Milchhöfer*, Spartan. Kunstwerke 1. Gorgoneion (= Archaeol. Zeitung 39 p. 281 sqq.); *Jahn*, Die Lauersforter Phalerae p. 19 sqq.; *Gaedechens*, Bonner Jahrb. XLVI p. 26 sqq.; *id.* Medusenhaupt v. Blariacum, Bonn 1874.

rundam simulacrorum[1]), gemmarum[2]), usus. Etiam de his phylacteriis ratione quadam collectis et ordine digestis suo tempore longius disserere mihi in animo est.

IV. De signis magicis vel incantamentis phylacteriorum loco adhibitis.

Plurima haec phylacteriorum genera litteris vel carminibus vel signis magicis („χαρακτῆρες") inscribuntur. Neque quicquam valere actionem magicam sine verborum vi, sine incantamentis vel formulis magicis cum scriptis tum dictis antiquis persuasum erat.[3]) Pauca tantum exempla affero, quae facile suppleri possunt, cum saepissime in papyris exempla invenias: *Marc.* 8, 56 sq. „ad lippitudinem inter principia sedandam in chartam virginem scribe ουβαικ et licio quod in tela fuerit, collo lippientis innecte". „Incipiens lippitudo mirifice et sine dubitatione depelletur, si in charta virgine scribas et collo dolentis licio suspendas φυρφαραν et hoc praeligamen purus

1) Cf. *Plin.* 33,41 „iam vero et Harpocratem statuasque Aegyptiorum numinum in digitis viri quoque portare incipiunt"; *Jahn*, l. c. p. 47; *Fossey*, l. c. p. 110; *Jastrow*, l. c. p. 285; 335; *Messerschmidt*, Oriental. Litter. Zeitung 15. V. 1901. — Nostris temporibus parturientibus sanctorum imagines adhaereri commemorat *Fossel*, Volksmedizin d. Steiermark, p. 52. De Buddhae simulacris phylacterii loco adhibitis cf. *Sven Hedin*, Durch Asiens Wüsten II p. 340 sq.; *Landor*, Auf verbotenen Wegen, Leipzig 1898 p. 243. 297.

2) Cf. *Val. Ern. Loescher*, De talismanibus vel signis quae nummi vel gemmae exhibent superstitiosis, Wittemberg 1697; *C. G. Heyne*, De gemmis astrologicis et magicis inter amuleta habitis (opusc. academ. VI p. 256 sqq.; *Kopp*, Palaeographica critica III.

3) Cf. *Ric. Heim*, Incantamenta magica passim; *Welcker*, Kleine Schriften III, 64 sqq.; *Lobeck*, Aglaophamus II, 1163. 1330; *Kopp*, Palaeogr. crit. III, p. 15 sq.; *van Dale*, De origine . . . idolatriae p. 530 sq.; *Wessely*, Ephesia grammata 1885/6; *J. Becker*, Nass. Annalen VIII p. 561 sqq. — *Dieterich*, Mus. Rhen. 56, 77 sqq.; *C. G. Heyne*, l. c. p. 259; *Wünsch*, Sethian. Verfluchungsf. passim; Zaubergerät a. Pergamon 28 sqq.; *Kroll*, De oraculis Chaldaicis, 1894 p. 58.

castus facias"; cf. *Plin.* 28, 29 („P A"): *Marc.* 10, 34. 35. 70; *Plin. iun.* 89, 11 sqq. — Notissimum et etiam nostris temporibus usitatum[1]) est illud „abracadabra". Hoc verbum commendatur a *Q. Sereno Sammonico* (liber medicinalis vs. 935 sqq.) contra hemitritaeum:

„Inscribis chartae quod dicitur abracadabra
„Saepius et subter repetes, sed detrahe summam
„Et magis atque magis desint elementa figuris,
„Singula quae semper rapies et cetera figes,
„Donec in angustum redigatur littera conum.
„His lino nexis collum redimire memento."

Haec triangularis forma, quae oritur detracta alia post aliam littera, phylacterio saepius praescribitur: cf. *pap. Lond.* 121, 1010 sqq.; *Wilcken.* Archiv f. Papyrusforschung I p. 421[2]).

Etiam versus Homerici inscribuntur phylacteriis[3]): cf. *pap. Paris.* 813 sqq. = Dieterich, Mithrasliturgie p. 20, 9—12; *ibid.* 2145 sqq. (p. 20). — Posterioribus temporibus evangelii partes pro amuleto suspendere usitatum fuisse docet *Chrysost.* homil. 72 ad Matth. 23, 5 (p. 703 B) „ὡς πολλαὶ νῦν τῶν γυναικῶν εὐαγγέλια τῶν τραχήλων ἐξαρτῶσαι ἔχουσι": *Chrysost.* hom. 19 ad pop. Ant. „αἱ γυναῖκες καὶ τὰ παιδία τὰ μικρὰ ἀντὶ φυλακῆς μεγάλης εὐαγγέλια ἐξαρτῶσι τοῦ τραχήλου καὶ πανταχοῦ περιφέρουσιν ὅπουπερ ἂν ἀπίωσιν": *Isodorus Pelusiota* ep. 150, lib. 2 „Ἴσθι ὅτι τὰ φυλακτήρια δελτία ἦν μικρὰ τὸν νόμον ὠδίνοντα ἅπερ ἐφόρουν οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ ὥσπερ νῦν αἱ γυναῖκες τὰ εὐαγγέλια μικρά", cf. *Chrys.* hom. 43 in I Cor.[4])

1) Cf. *Wutke-Meyer*, Volksaberglaube³ p. 179 sqq.

2) Frequentem usum probant musea cf. *E. Pernice*, Archaeol. Anzeiger 1904 p. 43 Nr. 28.

3) Cf. *Heim*, Incantamenta magica p. 514 sqq. (X: versus Homerici et Vergiliani); *Wessely*, Zauberpap. 1893 p. 7; Neue griech. Ostraka (Wiener Studien VIII) p. 116 sqq. — *G. Roeper*, Homerischer Talisman (Philologus V p. 162 sqq.).

4) Cf. *van Dale*, l. c. p. 534 sq.; *Frommann*, Tract. de fascinatione, Nurimbergae 1675 p. 314 Abbildung; p. 310 sqq.; *Deissmann*, Christliche

Preces vel carmina sacra phylacteriorum loco saepissime adhibentur. E papyris, in quibus permulti occurrunt exorcismi, hymni magici, incantamenta, affero haec exempla: „φυλακτήριον ... (sequuntur verba mystica) φυλάξετε τὸν δεῖνα ἀπὸ πάσης ἐπηρείας ὀνείρου φρικτοῦ καὶ πάντων ἀερίων διὰ τὸ μέγα ἔνδοξον ὄνομα“ [1]) (cf. *pap. Lond.* 121, 326 sq.). „διαφύλαξόν με ὑγιῆ, ἀσινῆ, ἀνειδωλόπληκτον, ἀθάμβητον ἐπὶ τὸν τῆς ζωῆς μου χρόνον (*pap. Paris.* 1079 sqq.). „φύλαξόν με ἀπὸ παντὸς δαίμονος ἀερίου καὶ ἐπιγείου καὶ ὑπογείου καὶ παντὸς ἀγγέλου καὶ φαντάσματος καὶ σκιασμοῦ καὶ ἐπιπομπῆς ἐμὲ τὸν δεῖνα ...“ (*ibid.* 2698 sq.). „Ῥυστική“ (scil. ἐπίκλησις) describitur *pap. Parth.* I, 197 sqq. („... κατέχω τὸ ἰσχυρὸν ὄνομα [2]), ἔχων τὸ καθηγιασμένον πρὸ πάντων ἀγγέλων ... ὑπεράσπισόν μου πρὸς πᾶσαν ὑπεροχὴν ἐξουσίας δαίμονος ... ναὶ κύριε ὅτι ἐπικαλοῦμαί σου τὸ κρυπτὸν ὄνομα τὸ διῆκον ἀπὸ τοῦ στερεώματος ἐπὶ τὴν γῆν ... [sequuntur verba magica] σῶσόν με ἐν ὥρᾳ ἀνάγκης ...“).

Posteriorum temporum phylacterium quod a Christianis correctum et retractatum esse contendit [3]), edidit *Reitzenstein* in libro „Poimandres“ inscripto ex *Paris. Graec.* 2316 (292 sqq.). Quo ex phylacterio affero haec: „φυλακτήριον τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ ὁ δεῖνα· εἰς σκέπασιν καὶ φρούρησιν τοῦ δούλου σου ὁ δεῖνα, ὕμνος ἀρχαγγελικός, ὅν ἔδωκεν ὁ θεὸς τῷ Μωϋσῇ ἐν τῷ ὄρει Σινᾷ καὶ εἶπεν αὐτῷ· λαβὲ φόρεσον τὸν ὕμνον τοῦτον καὶ ἔσει ἄφοβος ἀπὸ πάντων τῶν δαιμονίων φαντασμῶν· καὶ φίλει δὲ ἀναγιγνώσκειν ὁ ἔχων τοῦτο τὸ φυλακτήριον ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος .. ὁρκίζω ὑμᾶς, πᾶν πονηρὸν πνεῦμα καὶ πᾶν σῆμα, φεῦγε ἀπὸ τὸν δοῦλον τοῦ θεοῦ ὁ δεῖνα

Welt 1906, 1 p. 19 sq.; Theolog. Litteraturblatt 1892 Nr. 7; *Eb. Nestle* [Zeitschr. f. neutestam. Wissensch. u. Kunde des Urchr. VII, 1 p. 96 (1906)] „Evangelien als Amulet am Hals u. am Sofa“; *C. Meyer*, Abergl. des Mittelalters p. 258; *Wuttke*, l. c. p. 144; *Stoll*, Suggestion u. Hypnotismus i. d. Völkerpsychologie, 1894, p. 139.

1) Cf. supra p. 13 sq.

2) Cf. supra p. 13 sq.

3) Cf. *Reitzenstein*, Poimandres p. 293, adnot. 2.

τὸν βαστάζοντα τὸ φυλακτήριον τοῦτο καὶ ἀπὸ τὰ τέκνα αὐτοῦ, ὁποῖον δαιμόνιον τυγχάνοι (sequuntur daemones) . . . τοῦ μὴ ἀδικῆσαι ἢ βλάψαι ἢ προσεγγίσαι τὸν δοῦλον τοῦ θεοῦ ὁ δεῖνα τὸν βαστάζοντα τὸ φυλακτήριον τοῦτο ἢ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἢ τοὺς ἀμπελῶνας αὐτοῦ ἢ τὰς χώρας ἢ τὰ κτήνη. ἀλλ' ἵνα ἀπέλθατε ἐν ἀγρίοις ὄρεσιν καὶ ἐκεῖσε φυγαδευθήσετε (sic) εἰς τὸ ὄνομα . . ὁρκίζω σε Βασκανία . . . ἵνα φοβηθῇς καὶ δεθῇς κἀκεῖσε ἀπὸ τὸν δοῦλον τοῦ θεοῦ ὁ δεῖνα τὸν βαστάζοντα τὸ φυλακτήριον τοῦτο καὶ ἀπὸ τὸν οἶκον αὐτοῦ καὶ ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτοῦ, ἵνα ἐξάρῃς ἀπ' αὐτοῦ πᾶν ἄλγος καὶ πόνον καὶ μετώπων καὶ ὀφθαλμῶν, κἂν στόμα, κἂν τράχηλον, κἂν ὦμον, κἂν χεῖρα, κἂν στῆθος, κἂν ἔντερα, κἂν καυλόν, κἂν ἕδραν, κἂν γόνατα, κἂν σκέλος, κἂν πόδα, κἂν ἐγκέφαλον . . . ἵνα . . . ἐνοικήσητε εἰς τὴν τοῦ ἐχθροῦ αὐτοῦ οἰκίαν καὶ ἐμφράξητε καὶ χαλινώσητε τὸ στόμα αὐτοῦ, ἵνα μὴ δύναται κατ' ἐμοῦ λέγειν τι . . δότε αὐτῷ (τῷ δούλῳ τοῦ θεοῦ) νίκην κατ' ἐχθρῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων . . ."

Etiam aliis locis magna vis et utilitas precum quae pro phylacteriis adhibentur, ostenditur, quos omittere neque volo neque possum. Ita affero ex *cod. Paris.* 2316 fol. 318 (= *Reitzenstein*, l. c. p. 293 adnot. 1) verba haec: τοῦτο τὸ φυλακτήριον ἐδόθη τῷ Μωυσῇ ἐν Αἰγύπτῳ· ὕστερον ἐδόθη τῷ Σαλομῶντι τοῦ ὑποτάξαι πᾶν ἀκάθαρτον πνεῦμα, ἀσθενίαν, βασκανίαν, φοβερισμόν, φρυακισμόν, ῥῖγος καὶ ῥιγοπυρετόν, τριταῖον καὶ τεταρταῖον ἢ καθήμενον ἢ συναντήματος ἢ ἐπιβουλίας ἀερίου ἢ καταχθόνιον ἢ πελάγιον (? πελγόριον cod.) ἢ μαγευόμενον ἢ ἄλαλον ἢ λαλοῦντα ἢ ἐπιληπτικὸν ἢ πρόσχημα ἢ ἅρπαξ ἢ κόραξ. Itemque affero ex eodem codice[1]) (fol. 314ᵛ): „φυλακτήριον τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ οἴκου. φυλακτήριον τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ τοῦ δεῖνα ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος. Κύριε, βοήθησον τὸν δοῦλόν σου ὁ δεῖνα τῷ ἔχοντι τὸ φυλακτήριον τοῦτο ἀπὸ γλώσσας ἀνθρώπων κακῶν ἢ ψεύδους ἢ καταλαλιὰν ἢ μαγείαν ἢ συκοφαντίαν καὶ πᾶσαν ἐναντίω(σι)ν ἀπὸ τὸν δοῦλον τοῦ θεοῦ ὁ δεῖνα, ἵνα εἶναι ἄπρακτοι

1) Cf. *Reitzenstein*, l. c. p. 295 adnot. 4.

καὶ ἀνενέργητοι ὡς νεκροί, ὅπως μὴ ἐργάζωνται ἢ εἴπωσι ἢ πράξωσι ἢ συκοφαντήσουσιν ἢ ἐλεύσονται λοιδορεῖν κατ' ἐμοῦ (sequuntur signa magica) ἢ συνδούλοις μου (μήτε) μεγιστᾶσι καὶ σατράπαις τι κατ' ἐμοῦ δόλιον εἴπωσιν καὶ ἐργάσονται." Aliud phylacterium commendatur *pap. Lond.* 121, 378 sqq. „πρὸς πᾶν θηρίον καὶ ἔνυδρον καὶ λῃστῶν (ἐπιδρομὴν) ἐξάψας κράσπεδον τοῦ ἱματίου σου λέγε (sequuntur verba magica) . . . φύλαξόν με τὸν δεῖνα ἐν τῇ ἄρτι ὥρᾳ . . . ." Denique affero incantamentum cui phylacterium „πρὸς μήτρας ἀναδρομήν" inscriptum est [*pap.* R. 5 (= *Wessely*, 1893 p. 68 sq.)]; recte comparat Wessely hanc papyrum cum *pap. Lond.* 121, 268 sqq., „πρὸς μήτρας ἀναδρομήν· ἐξορκίζω σε μήτραν κατὰ τοῦ κατασταθέντος ἐπὶ τῆς ἀβύσσου πρὶν γενέσθαι οὐρανὸν ἢ γῆν ἢ φῶς ἢ σκότος . . . ἀποκατασταθῆναι ἐν τῇ ἕδρᾳ μηδὲ κλιθῆναι εἰς τὸ δεξιὸν πλευρῶν μέρος μηδὲ εἰς τὸ ἀριστερὸν πλευρῶν μέρος μηδὲ ἀποδήξῃς εἰς τὴν καρδίαν ὡς κύων, ἀλλὰ στάθητι καὶ μένοις ἐν χώροις ἰδίοις . . . ἐξορκίζω σε τὸν ⟨ἐν⟩ ἀρχῇ (pap. ἀρχι) ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῇ αλληλουια αμην . . ." [1])

Talia incantamenta vel preces usque ad hunc diem phylacteriorum loco usurpantur, quibus morbos pericula alia mala depelli putant homines. Ut pauca exempla afferam, ad comitialem morbum sanandum commendatur hoc carmen collo suspendere:

„Caspar fert myrrham, thus Melchior, Balthasar aurum
Haec tria qui secum portabit nomina regum
Solvitur a morbo Christi pietate caduco." [2])

---

1) Alia horum phylacteriorum exempla invenies apud *A. Vassiliev*, Anecdota Graeco-Byzantina I, Mosquae 1893. p. 323 sqq. (imprimis p. 343 sq.); cf. codices Mediolanenses descr. *Martini-Bassi* III. Bruxellis 1901, p. 41—46 („formulae magicae"); *Kroll*, codices Vindobon. p. 61 („formulae magicae"); *Plin.* 28, 10 sqq.; *Fröhner*, Philol. suppl. V, 1 p. 42—44; *W. Drexler*, alte Beschwörungsformeln 1 p. 594 sqq. (= Philologus 58). Alia id genus e codicibus editurus est *F. Pradel* in „Relig. Versuche u. Vorarbeiten".

2) Cf. *Valentin Kräutermann*, Der curieuse u. vernünfftige Zauberarzt, Frankfurt 1725 p. 63.

Pascal vir ille doctissimus papyrum magicis signis ornatam ad dubitationes depellendas secum habuisse traditur.[1]) Etiam nostris temporibus parturientes libellum in manibus habent in quo haec promittuntur: „Wer dies Gebet bei sich trägt, der stirbt nicht plötzlich . . . jede schwangere Frau wird leicht gebären und das Kind vor Gott und Menschen angenehm sein . . .“[2])

V. Quomodo phylacteria adhibeantur.

Ut phylacteria, quae supra commemoravimus, aut breve tempus aut diutius aut semper secum habeant, homines iterum iterumque monentur. (Cf. *pap. Lond.* 121, 225 „περίαψον“; *Kyr.* I, υ, 6 p. 39 „δίδου φορεῖν“; *ibid.* η, 20 p. 22; III, α, 3 p. 81; I, η, 8 p. 19; *pap. Paris.* 1318 „περιάπτου . . .“; *Diosc.* 5, 158 „ἀντὶ φυλακτηρίου περιάμματι αὐτῷ αἱ γυναῖκες χρῶνται“; *ibid.* 172 „φυλακτήριος [λίθος] περιαπτόμενος“, ut alia exempla omittam).

Neque desunt praecepta quo loco phylacteria gestentur vel alligentur. Ita praescribitur mago *pap. Paris.* 2635 „φόρει περὶ τὸ σῶμα (scil. φυλακτήριον).“

Caput circumligatur: „φυλακτήριον τῶν αὐτῶν ζώων τρίχας πλοκίσας (pap. πρωκισας) σειράν (pap. σιραν), ἥνπερ ὡς διάδημα φόρει περὶ τὸν κεφαλήν . . . (*pap. Paris.* 1355 sqq.); cf. *pap. Lond.* 121, 910 sq. „τὸν κλάδον (scil. lauri) θὲς πρὸς κεφαλὴν . . . τὸ δὲ φυλακτήριον ὅπου τὸ ὄνομα ἔγραψας, θὲς πρὸς κεφαλήν σου· τῷ δὲ κλάδῳ (corr. Kroll; pap. τοδεκλαδ; Wessely κλαδος) στέφου.“

Ut collo phylacteria circumdentur, papyri aliique scriptores

1) Cf. *„La grande Encyclopédie“* II p. 873 s. v. „amulette“.

2) Cf. *Fossel*, Volksmedizin in Steiermark, Graz 1885 p. 52. — *Wuttke-Meyer*, l. c. p. 166 sqq.; 177—182. — „Eine Sammlung abergläubischer Gebetszettel“ (= Feuilleton der *Kölnischen Volkszeitung*, Nr. 786. 13. IX. 1906). — *Ploss-Bartels*, Das Weib . . . I² p. 488. — *Rosenkranz*, Die Pflanzen im Volksaberglauben, Kassel 1893, p. 261.

saepius praecipiunt. Pauca tantum exempla affero: „φόρει (scil. φυλακτήριον) περὶ τὸν τράχηλον, ἐὰν πράσσῃς“ (*pap. Parisin* 1082; cf. *ibid.* 2702 sqq.; *pap. Lond.* 121, 494); „araneam in chartam virginem lino ligabis et collo laborantis suspendes die Jovis“ (*Marc.* 14, 68); „phylacterium . . . in collo ex licio suspendes.“ (*ibid.* 21, 8.)

Dextro bracchio alligatur phylacterium: „λίθοι . . . περιαπτόμενοι δεξιῷ βραχίονι“ (*Kyr.* III, χ, 6 p. 99); cf. *ibid.* π, 13 p. 95; „λαβὼν ἱερατικὸν κόλλημα (φυλακτήριον) φόρει περὶ τὸν δεξιὸν βραχίονά σου ἐν ᾧ ἐπιθύσεις . . .“ (*pap. Paris.* 2511 sqq.). — Itemque sinistro bracchio: „φυλακτήριον . . . γράψον εἰς χάρτην καθαρόν . . . καὶ φόρει περὶ τὸν ἀριστερὸν βραχίονα λίνῳ δήσας“ (*pap. Paris.* 78 sqq.); „ἔχε δὲ καὶ φυλακτήριον θηλείας ὄνου ὀδόντα . . . ἀριστερῷ βραχίονι ἀνουβιακῷ ἐνδεδεμένον . . .“ (*ibid.* 2897 sq.). — In dextra manu phylacterium tenetur *pap. Parth.* I, 280: „τὸ φυλακτήριον ἐν τῇ δεξιᾷ τουτέστιν τὸν κλῶνα τῆς δάφνης.“ — „Φυλακτήρια περίαπτα καὶ ὠκυτόκια μηρῷ περιαπτόμενα“ describuntur a *Diosc.* 5, 159. —

In *pap. Lond.* 121, 589 sqq. commendatur phylacterium „σωματοφύλαξ . . . ἐπιγραφόμενον ἐπὶ χρυσέου πετάλου ἢ εἰς χάρτην . . . . φορούμενον στρατιωτικῶς.“ Lamella vel charta ergo ut torques militum more gestatur.

Saepissime phylacteria linteo illigari, ut amuleti vis augeatur, iam breviter commemoravimus.[1]) Pauca exempla addo: „de tribus cerasiis lapillos pertundes et Gaditano lino inserto pro phylacterio uteris . . . .“ (*Marc.* 8, 28 cf. 14, 68); „καὶ βαλὼν ἔσωθεν τοῦ ῥάκους (scil. lintei) ἀΐζωον βοτάνην ἑλίξας δῆσον ἑβδόμοις λιναρίοις ἀνουβιακοῖς καὶ φόρει περὶ τὸν τράχηλον ἐὰν πράσσῃς“ (*pap. Paris.* 1081 sqq.). — Etiam in aliis rebus phylacteria includuntur: cf. *pap. Paris.* 2702 sqq. („καὶ εἰλήσας [scil. φυλακτήριον] φοινικίνῳ δέρματι . . φόρει περὶ τὸν τράχηλον . . .“); *Kyr.* I, ω, 15 p. 47 („περίαπτε

1) Cf. supra p. 25. — *Pap. Paris.* 78 sqq.; 2897 sq.

ἐν ἐλαφίῳ δέρματι"); *ibid.* III, π, 13 p. 95 („ἐὰν . . πελαργοῦ . . καρδίαν δήσῃ εἰς δέρμα ἱέρακος ἢ γυπὸς νικηθέντος . . . καὶ περιάψῃ δεξιῷ βραχίονι . . . .") *ibid.* I, φ, 25 p. 42 („τὸν δὲ δεσμὸν τοῦ φυλακτηρίου ποίει ἐκ τῶν νεύρων τοῦ ἱέρακος ὡς σπαρτίον ἄκλαστον, λεπτόν, ἐπιμηκέστερον, ἵνα φορούμενον ἐπὶ τὸν τράχηλον φθάσῃ ἕως τοῦ στομάχου καὶ τῆς καρδίας κατὰ μέσον.") *pap. Paris.* 256 sq. („καὶ φόρει [scil. φυλακτήριον] ἀείρας [Kroll coni. διείρας pap. εἴρας (α supra)] ἱμάντι ὄνου . . ."); *ibid.* 816 („τὸ δὲ αὐτὸ [φυλακτήριον] δήσας νεύροις τοῦ αὐτοῦ ζώου [scil. προβάτου μέλανος] περιάψαι."). —

Denique, ut alias res omittam, huc pertinet bullae usus, in qua phylacteria cuiusvis generis includuntur. Cf. *Kyr.* I, μ, 15, p. 30 „εἰ δὲ τὴν κάτω βλέπουσαν καρδίαν [τῆς μορέας] ὑποκλείσεις [εἰς σιδηρᾶν πυξίδα] . . . καὶ φορῆται . . ."); *Macrob.* sat. I, 6, 9 „nam sicut praetexta magistratuum, ita bulla gestamen erat triumphantium, quam in triumpho prae se gerebant inclusis intra eam remediis quae crederent adversus invidiam valentissima".[1])

VI. Conclusio.

Sed quoniam satis videmur disseruisse de phylacteriis, iam concludamus quid ex his capitibus sequatur, et quid sit illud „φυλακτήριον" definiamus: Atque primum statuere possumus verbis ipsis vel precibus et carminibus pro phylacteriis usos esse homines: daemones qui morbos aliaque mala provocant, depelluntur his phylacteriis; nam divina quaedam vis phylacterio inest. Daemon precibus vel carminibus i. e. phylacteriis coactus hominibus paret. Itaque phylacteria sunt verba ipsa magica vel preces et carmina sacra. Sed homines, cum his phylacteriis daemones cogi vel subici persuasum haberent, hanc tutelam aut diutius aut semper secum

1) Cf. *thesaur. l. lat.* II, 2241 s. v.; *Plin.* 33, 4; *Plaut.* Epid. V, 1, 33 (vs. 638); Rud. 4, 4, 112 vs. 1158; *Jahn.* l. c. p. 44, adnot. 53; *Karl Bötticher*, Tektonik der Hellenen II, 4 p. 89.

habere conabantur. Itaque res signis vel verbis magicis vel precibus ornatas gestabant: phylacterium est res signis vel verbis magicis vel precibus ornata. Sed posterioribus temporibus etiam haec signa omittuntur. Res ipsae cuiusvis generis quae „amuletorum“ loco gestabantur vel alligabantur, sunt phylacteria; nam etiam his rebus divina quaedam vis adscribebatur.

Phylacteriorum vim et auctoritatem non parvi existimatam esse ab antiquis exempla e papyris aliisque scriptoribus allata quae facile suppleri possunt, docent. Itaque longe lateque diffusus est amuletorum usus apud antiquos.[1]) Ita Pericles aegrotans amuletum sibi a mulieribus collo circumligatum amicis ostendisse traditur (*Plut. vit. Per.* 38 Theophrastum secutus: „ὅτι νοσῶν ὁ Περικλῆς ἐπισκοπουμένῳ τινὶ τῶν φίλων δείξειε περίαπτον ὑπὸ τῶν γυναικῶν[2]) τῷ τραχήλῳ περιηρτημένον“). — Quo cum loco coniungendus est alius eiusdem Plutarchi (*de superstit.* 168 d) „αἱ δὲ γρᾶες[2]) καθάπερ παττάλῳ, φησὶν ὁ Βίων, ὅτι ἂν τύχωσιν αὐτῷ περιάπτουσι φέρουσαι καὶ περιαρτῶσι.“ Postea autem Bionem amuleto usum esse narrat *Diog. Laert.* IV, 7, 54 sq. „ὕστερόν ποτε ἐμπεσὼν εἰς νόσον ὡς ἔφασκον οἱ ἐν Χαλκίδι — αὐτόθι γὰρ καὶ κατέστρεψε — περίαπτα λαβεῖν ἐπείσθη . . . καὶ γραῒ δῶκεν εὐμαρῶς τράχηλον εἰς ἐπῳδήν | καὶ σκυτίσιν βραχίονας πεπεισμένως ἔδησε | ῥάμνον τε καὶ κλάδον δάφνης ὑπὲρ θυρὴν ἔθηκεν | ἅπαντα μᾶλλον ἢ θανεῖν ἑτοῖμος ὢν ὑπουργεῖν.“[3]) — Denique exempli gratia

---

1) Cf. *Hermann*, Gottesdienstliche Altertümer II², adnot. 18; *Schoemann*, Griech. Altertümer II⁴, p. 359. — *Grotefend* [Ersch-Gruber Encyklop.] s. v. p. 428 sqq.; *Bonhoure*. La grande Encyclopédie s. v. (II. 871 sqq.); *Daremberg-Saglio*. diction. des antiq. I. 252 sqq. s. v. — *Arpe*. De prodigiosis . . . operibus talismanes et amuleta dictis, Hamburg 1717; *Anonymus* (*Arpe?*), Geschichte der talismanischen Kunst, von ihrem Ursprung, Fortgang und Verbreitung. Germanien, im Jahre 1792.

2) Cf. *Diodor* V, 64, 20: „τὸ πολλὰς τῶν γυναικῶν ἔτι καὶ νῦν . . . . περιάμματα ποιεῖν.“

3) Cf. Teletis reliquiae, ed. *Hense*, Prologom. p. 46 sq.

affero *Plut.* de fac. in orb. lunae p. 920b („οἱ ἐν νοσήμασι χρονίοις πρὸς τὰ κοινὰ βοηθήματα καὶ τὰς συνήθεις διαίτας ἀπειπόντες ἐπὶ καθαρμοὺς καὶ περίαπτα καὶ ὀνείρους τρέπονται“); *Diod.* excerpt. Vatic. 32, 4 („ἔνιοι δὲ [scil. Rhodii] προσδέχονται τὰς ἐπωδὰς καὶ παντοδαπὰ γένη περιάπτων“); *Anthol. Palat.* XI, 257 „Λουκίλλου:

„Ἑρμογένη τὸν ἰατρὸν ἰδὼν Διόφαντος ἐν ὕπνοις
Οὔκετ' ἀνηγέρθη, καὶ περίαμμα φέρων.“

Cf. *Welcker*, Kl. Schriften III, p. 69; *Plat. rep.* 4 p. 426a; *Arrian*, Epict. III, 1, 14.

Tanta vis amuletis ab antiquis adscribebatur, ut etiam animalia ad depellenda mala ea quaerere putarent homines.[1]) Cf. *Aelian.* h. an. I, 35 „βασκάνων ὀφθαλμοὺς καὶ γοήτων φυλάττεται καὶ τῶν ζώων τὰ ἄλογα φύσει τινὶ ἀπορρήτῳ καὶ θαυμαστῷ“ (sequuntur exempla); *Philae* versus de animalium proprietate (bucol. Gr. ed. Dübner et Lehrs): „περὶ τῶν ἀλεξητηρίων εἰς τὰς βασκανίας.“

Domesticis animalibus ab hominibus amuleta circumligantur (cf. *Grattii* cyneget. 401 sqq.) eodem modo atque infantibus.[2])

Etiam posterioribus temporibus cum Hippocratis Galeni aliorum opera et doctrina ars medicinae apud antiquos iam florebat, phylacteria in usu erant superstitioso. Quin etiam a medicis ipsis commendabantur phylacteria. Ita Archigenem medicum phylacteria praescripsisse tradit *Galenus* (XII, 874; XIII, 256 ed. Kühn); itemque *Alexander Trallianus* medicum phylacteriis vel amuletis uti probat (II, p. 319 ed. *Puschmann* „περὶ λυγμοῦ“): „εἰ δὲ πολλῶν καὶ ποικίλων γενομένων ἀπαραμύθητος ὁ κάμνων εἴη, μηδενὸς τῶν ἀπὸ τῆς τέχνης ἰσχύοντος, βοηθῆσαι τῇ δυστροπίᾳ τοῦ νοσήματος, καὶ τοῖς φυσικοῖς περιάπτοις οὐδὲν ἄτοπον κεχρῆσθαι χάριν τοῦ σῶσαι τὸν κάμνοντα· καὶ γὰρ ἀσεβές ἐστι τοιοῦτον παραλιπεῖν καὶ γενέσθαι κώλυσιν τῶν εἰς σωτηρίαν συντελούντων τῷ κάμνοντι, ὁπότε καὶ ὁ θειότατος Γαληνὸς καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ

1) Cf. *Jahn*, l. c. p. 36 sq.
2) Cf. *Jahn*, l. c. p. 40, adnot. 40.

τούτοις ἐχρήσαντο. ὁ μὲν οὖν σοφώτατος Δίδυμος εἶπεν ἐν τῇ ὀκτατόμῳ αὐτοῦ βίβλῳ οὕτω καλουμένῃ (sequuntur „φυσικὰ πρὸς τοὺς λύζοντας") . . . πολλὰ δὲ μὴ καταφρονεῖν, ἀλλὰ πάντα προσάγειν"; (I, p. 557) „ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς φυσικοῖς καὶ περιάπτοις χαίρουσί τινες καὶ τούτοις κεχρῆσθαι ζητοῦσι καὶ κατὰ τὸ ἀληθὲς αὐτῶν τυγχάνουσι τοῦ σκοποῦ, πρέπον ἐνόμισα τοῖς φιλομαθέσι καὶ περὶ τούτων ἐκθέσθαι τινά, ὥστε τὸν ἰατρὸν πανταχόθεν εὔπορον εἶναι εἰς τὸ βοηθεῖν δύνασθαι τοῖς κάμνουσιν"; II, p. 579 „ἐπειδή τινες οὔτε διαίτῃ προσκαρτερεῖν δυνάμενοι οὔτε φαρμακείαν ἀνέχεσθαι φυσικοῖς τε καὶ περιάπτοις ἀναγκάζουσιν ἡμᾶς ἐπὶ ποδάγρας κεχρῆσθαι, ὥστε τὸν ἄριστον ἰατρὸν πανταχόθεν εὔπορον εἶναι καὶ πολυτρόπως βοηθεῖν ἅπασι τοῖς κάμνουσι, ἦλθον εἰς τοῦτο. Πολλῶν δὲ ὄντων τούτων ἡμῖν δρᾶν πεφυκότων τὰ πειραθέντα διὰ τῆς μακρᾶς πείρας γράφομεν"; II, 375 „ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν περιοδευομένων πολλοὶ καὶ μάλιστα τῶν πλουσίων οὔτε πίνειν ὅλως θέλουσι φάρμακον οὔτε κλύσματα θεραπεύειν τὴν γαστέρα, διὰ δὲ περιάπτων φυσικῶν ἀναγκάζουσιν ἡμᾶς ἀποπαύειν αὐτῶν τὴν ὀδύνην, ἐσπούδασα καὶ περὶ τούτων ἐκθέσθαι ὑμῖν, ὧν τε αὐτὸς ἔσχον πεῖραν καὶ ὅσα παρὰ φίλων ἀληθινῶν ἔγνων ὠφελεῖν δύνασθαι."

Exscripsi hos locos, quod simili modo usque ad hunc diem amuletorum usus defenditur. Imprimis se ipsos miram amuletorum vim sapius expertos esse affirmant scriptores. Ita laudatur amuletum, cuius „licet nulla ratio certa reddi possit; haec actio nimirum abstrusa est, a sensu remota; experientia tamen hactenus vel toties confirmata fidem facit et veritatem ostendit." (*Osw. Crollii* basilica chymica . . . aucta a *Joh. Hartmanno*, Lipsiae 1634 p. 351.)[1]) Re vera amuletis morbos

1) Cf. Dissertatio de fascino et incantatione habita a *Tobia Tandlero* 1606, Wittebergae p. 71; *Wagner*, Dissertatio de amuletis medicis, Lipsiae 1758 p. 42; *van Helmont*, Aufgang der Artzney-Kunst, das ist noch nie erhörte Grundlehren von der Natur . . . Sultzbach 1683 p. 223,45 („Und solcher gestalt haben wir mit Lust beobachtet, dass das Hertzzitteru . . . durch angehängte Ding geheilt werden"); p. 991, 7 „Des Paracelsi unreiffes mineralisches Elektrum, befreyet an den Hals gehenckt, diejenigen, die der unreine Geist verfolget, welches ich selbst gesehen . . ."; *Heucher*. Opera I, Lipsiae 1745 p. 298.

quosdam sanari posse, si aeger magnam spem ponat in remedium, monet *Stoll* (Suggestion und Hypnotismus in der Völkerpsychologie, 1894 p. 415.)[1])

Sed iam ad antiquos redeamus. Neque enim silentio praeteribo amuletorum usum a nonnullis vehementer vituperatum esse. cf. *Theophr.* hist. plant. 9, 19 „ἀλλὰ τὰ εὐηθέστερα καὶ ἀπιθανώτερα τά τε τῶν περιάπτων καὶ ὅλως τῶν ἀλεξιφαρμάκων λεγομένων (βοηθεῖν) τοῖς τε σώμασι καὶ ταῖς οἰκίαις . . .“; *Galenus* (de simplic. medic. temperam. ac facult. VI — ed. Kühn XI, 792) Pamphilum vituperat: „οὕτω δὴ καὶ Πάμφιλος ἐποιήσατο τὴν περὶ τῶν βοτανῶν πραγματείαν. ἀλλ᾽ ἐκεῖνος μὲν εἴς τε μύθους γραῶν τινας ἐξετράπετο καί τινας γοητείας Αἰγυπτίας ληρώδεις ἅμα τισὶν ἐπῳδαῖς ἃς ἀναιρούμενοι τὰς βοτάνας ἐπιλέγουσι· καὶ δὴ κέχρηται πρὸς περίαπτα καὶ ἄλλας μαγγανείας οὐ περιέργους μόνον οὐδ᾽ ἔξω τῆς ἰατρικῆς τέχνης, ἀλλὰ καὶ ψευδεῖς ἁπάσας. ἡμεῖς δὲ οὔτε τούτων οὐδὲν οὔτε τὰς τούτων ἔτι ληρώδεις μεταμορφώσεις ἐροῦμεν· οὐδὲ γὰρ τοῖς μικροῖς παισὶ κομιδῇ χρησίμους ὑπολαμβάνομεν εἶναι τοὺς τοιούτους μύθους, μήτι γε δὴ τοῖς μετιέναι σπεύδουσι τὰ τῆς ἰατρικῆς ἔργα . . .“; *Aelius Spartianus* (Caracalla 5, 7) tradit imperante Antonino Caracalla damnatos esse „qui remedia quartanis tertianisque collo adnexa“ gestarent.

Denique de phylacteriis medio aevo adhibitis pauca disseramus. Imprimis evangelii partes pro amuleto suspendere usitatum fuisse iam supra demonstravimus. Nunc ecclesiam omnia phylacteria ut diabolicas inventiones semper proscripsisse ostendemus. Cf. *Euseb.* dem. ev. III, 6 (M. S. G. 22, 226) „οὐδ᾽ ἔστιν πώποτε χριστιανὸν περιάμματι χρώμενον θεάσασθαι οὐδ᾽ ἐπιλαλιαῖς ἢ πετάλων τινῶν περιέργων ἐπιγραφαῖς“; *Jo. Chrysost.* II p. 243c „τί ἂν τις εἴποι περὶ τῶν ἐπῳδαῖς καὶ περιάπτοις κεχρημένων“; *August.* serm. 215 de temp. „per fontes et arbores

1) Cf. *Journal f. Psycholog. u. Neurologie* 1904 p. 84 sqq. — *Georg Fr. Most*, Encyklopädie der gesamt. medizin. Praxis II, Leipzig 1834 s. v. „Periamma“ p. 318 sq. — *Bernh. Stern*, Medizin, Aberglaube und Geschlechtsleben in der Türkei, Berl. 1903 I p. 299 alios auctores affert.

et diabolica phylacteria per characteres et aruspicet et divinos . . . sibi mala miseri homines conantur inferre"; serm. 163: „auguria non observent, phylacteria et characteres diabolicos nec sibi nec suis aliquando suspendant."[1]) Comment ad *Syn. Laodic.* can. XXXVI „de his qui incantationibus vel phylacteriis utuntur. Quod non oportet eos qui sunt sacrati vel clerici esse magos vel incantatores vel mathematicos vel astrologos vel facere ea quae dicuntur amuleta quae quidem sunt ipsarum animarum vincula: eos autem qui ferunt, eici ex ecclesia iussimus."[2]) *Syn. Rom.* 721 „si quis hariolos aruspices vel incantatores observaverit, aut phylacteriis usus fuerit, anathema sit."[2]) Cf. *Grimm*, Deutsche Mythologie II[4] 982; *Groeber*, Zur Volkskunde aus Conzilbeschlüssen und Capitularien (Herrn Geh. Rat Weinhold zum 26. X. 1893 dargebracht, in 100 Exemplaren gedruckt) 22; 23; 25—29; 31; 33; 46. Ex Groeberi libello duo affero exempla: 26. „dicunt quoque se ibi (Romae) vidisse mulieres pagano ritu phylacteria et ligaturas in bracchiis et in crucibus ligatas habere et publice ad vendendum venales ad comparandum aliis offere. Quae omnia eo quod ibi a carnalibus et insipientibus videntur, nobis hic improperium . . . faciunt" (741: *Bonifatii epist.* ad Zachariam papam c. 6). Etiam clericos phylacteriis usos esse „Hadrianae papae epitome canonum" c. 35 (773) demonstrat: „Ut clerici incantationibus vel phylacteriis utentes excommunicentur" (Nr. 33 Groeber).

1) Cf. quae a *Ducangio* e codicibus antiquis in Glossar. med. et infim. latinitatis excerpta sunt s. v. „phylacterium."

2) Cf. *Tübing. Theol. Quartalschrift* 1823, (p. 3 sqq. Die Synode von Laodicea . . .) p. 36; 38. — In universum de phylacteriis medio aevo adhibitis cf. *Herzog-Hauck*, Realencyclopädie für protest. Theologie I[3] s. v Amulett p. 467—76 (*Ficker*); *Watzer-Welte*, Kirchenlexikon I[2] s. v. p. 769—74. — *Wilcken*, Archiv f. Papyrusf. I p. 429 sq.

B. De plantis phylacteriorum loco adhibitis.

Postquam de universo amuletorum apud antiquos usu disseruimus testimoniis imprimis e papyris collectis, altero in capite de plantis phylacteriorum loco abhibitis verba faciemus.

I. Quomodo factum sit, ut plantae amuletorum loco adhibitae idem valeant atque medicamenta.

Plantas antiquitus et in superstitione vulgari et in magia „quam superstitionem ad artem et praecepta revocatam commode dicas“,[1] permultum valuisse quis est quin sciat?[2] Etiam medicina popularis, cum „nihil non herbarum vi effici posse“[3] plerique existimarent, saepissime plantis utebatur: arte coniuncta est cum superstitione[4]; nam homines cum morborum causas ignorent, in superstitionem incidentes malignos daemones morborum causas esse putant, quos nemo nisi alius daemon

1) *Dedo*, De antiquorum superstit. amatoria, Diss. Gryphiae 1904 p. 1.

2) De herbis amorem excitantibus cf. *Dedo*, l. c. p. 2sq.; *Fahz*, De poet. Roman. doctrina magica p. 135 — De plantis magicis multa apud auctores invenies: cf. *Plin*. 26, 18. — *Welcker*, Kl. Schriften III, 20sqq. („Medea“. . .); *Heucher*, De vegetabilibus magicis, Wittebergae 1700; *M. Fr. Mentz*, De plantis quas ad rem magicam facere crediderunt veteres, Lipsiae 1705.

3) *Plin*. n. h. 25, 15.

4) Quantopere medicina cum religione cohaereat, explicant *H. Magnus*, Medizin und Religion in ihren gegenseitigen Beziehungen, Breslau 1902; *Jastrow*, Rel. Babyloniens I, p. 228; *Bartels*, Die Medizin der Naturvölker, Leipzig 1893. Etiam magiam „natam primum e medicina nemo dubitabit“ (*Plin*. 30, 2): sacerdotes et magi medicorum vice fungebantur. cf. *Kroll*, Alte Taufgebr. (Arch. f. Rel.-Wiss. VIII, Beiheft p. 53 adnot. 1.

vel deus depellere potest.[1]) Itaque medicina popularis multa commendat praecepta et medicamenta superstitiosa atque cum omnes fere herbae arboresque tamquam dei adorentur, deorum vice fungantur, deis vel daemonibus quibusdam sacrae sint,[2]) imprimis plantis et plantarum partibus ad morbos sanandos saepissime utitur. Divina quaedam vis, quae plantis inest, morborum causam i. e. malignum daemonem superat atque ex corpore depellit; quin etiam haec divina plantarum vis tanta est, ut etiam morbos vel potius daemones ne in corpus intrent, prohibere possit. Itaque ad morbos sive ortos sive nondum ortos depellendos plantae vel plantarum partes non solum eduntur et bibuntur ab hominibus, sed etiam pro amuletis gestantur. Permulta exempla apud auctores antiquos exstant, quae talem plantarum usum in medicina docent[3]). Pauca affero, ut recte me de amuletorum origine atque imprimis de divina illa vi plantarum iudicasse intelligas: Cytini eduntur „ἱστοροῦσι δέ τινες, μὴ ὀφθαλμιᾶν παρ᾽ ὅλον τὸ ἔτος τοὺς καταπιόντας τρεῖς κυτίνους ὡς ἔτι ἐλαχίστους.“ (*Diosc.* I, 152); „si quis unum ex his (sc. cytinis) solutus vinculo omni cinctus et calciatus atque etiam anuli decerpserit II digitis,

---

1) Cf. supra p. 8, adnot. 1.

2) Cf. *K. Boetticher*, Der Baumkultus der Hellenen, Berl. 1856; *Mannhardt*, Antike Wald- und Feldkulte, 1877; *Overbeck*, Ber. d. sächs. Ges. d. Wiss. 1864, 128—140; *Gruppe*, Griech. Mythologie p. 779—92; *Murr*, Pflanzenwelt i. d. griech. Mythologie, Innsbruck 1893; *Dieterich*, Mutter Erde p. 48, 49, 64, 65; *Rohde*, Psyche³ p. 220,2; 247,1; index s.v. „Pflanzenseele“; *Wünsch*, Frühlingsfest p. 31sqq. (39; 42); *Frazer*, rameau d'or I, 39; 210; *Reich*, Mimus p. 508; *Samter*, Neue Jahrbücher (Ilberg) 1906 p. 43; *Olck*. Pauly-Wissowa s. v. „Bohne“; *Plin.* 12,3. — Exstant multae herbarum precationes: magi et poetae herbas ut homines vel deos daemonesque alloquuntur cf. *Heim*, incantamenta p. 503sqq.; *Alex. Trall*, II, 585; *Fossel*, Volksmedizin i. d. Steiermark. p. 18sq.; *Woermann*, Über den landschaftl. Natursinn d. Gr. u. Römer, München 1871, p. 33; *de Visser*, De Graecorum diis non referentibus speciem humanam. Diss. Leid. 1900; *Lobeck*, Aglaophamus p. 903sq.

3) Cf. *Riess*, P.-W. s. v. „Aberglaube“ 51—68; *Tuchmann*, „Mélusine“ VII, 241—55.

pollice et quarto sinistrae manus, atque ita lustratis levi tactu oculis in os additum devoraverit, ne dente contingat, adfirmatur nullam oculorum imbecillitatem passurus eodem anno" (*Plin.* n. h. 23, 110). Cf. supra p. 19 *codd. Vindob.* ed. Kroll p. 88.

Urtica „incipiens . . . . ipsa nasci vere, non ingrato, multis etiam religioso in cibo est ad pellendos totius anni morbos." (*Plin.* 21, 93); eiusdem radix etiam adalligatur: „quidam . . . et autumnalis urticae radicem adalligatam in tertianis ita, ut aegri nuncupentur, cum eruatur ea radix, dicaturque cui et quorum filio eximatur, liberare morbo tradiderunt; hoc idem et contra quartanas pollere."

„Iis qui cotidie gustent Vettonicam[1]), nulla nocitura mala medicamenta tradunt" (*Plin.* n. h. 25, 128). Eadem herba „tantum gloriae habet, ut domus, in qua sata sit, tuta existimetur a piaculis omnibus"[2]) (*id.* 25, 84).

Quin etiam ad eadem mala prohibenda saepius nihil interest, utrum plantae bibantur vel edantur an pro amuletis gestentur. Cf. *Diosc.* 4, 24 „δύναμις δὲ αὐτῆς (sc. τῆς Ἀγχούσης ἑτέρας ῥίζης) καὶ τῶν φύλλων θηριοδήκτοις βοηθεῖν, μάλιστα δὲ ἐχιοδήκτοις, ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα καὶ περιαπτόμενα"; *Plin.* n. h. 22, 52 „est herba proprio nomine onochilon, quam aliqui anchusam vocant . . . efficax contra serpentes maximeque viperas et radice et foliis, aeque cibo ac potu . . . habentes eam (radicem) a serpentibus feriri negantur." Alysson „nomen accepit quod a cane morsos rabiem sentire non patitur ex aceto potus alligatusque. Mirum est quod additur saniem conspecto omnino frutice eo

1) Cf. disput. de Betonia, exposuit *Jo. Bleeck*, Erfordia 1716 p. 6—10.

2) Herbae arboresque ante domos aut villas satae saepius amuletorum vice funguntur: E. g. cf. *Plin.* 24, 116 „aquifolia arbor in domo aut villa sata veneficia arcet"; *id.* 21, 108 „tradunt ante portas villarum satum (sc. asphodelum) remedio esse contra veneficiorum noxiam"; *23, 28* „aiunt, si quis villam ea (sc. vite nigra) cinxerit, fugere accipitres tutasque fieri villares alites" (cf. *Colum.* X, 346 sq.).

siccari" (*Plin.* 24, 95).[1]) — „Περιαπτομένη (scil. ἀσπαράγου ῥίζα) καὶ τὸ ἀπόζεμα αὐτῆς πινόμενον ποιεῖ ἄτοκον καὶ ἄγονον" (*Diosc.* II, 151); — „Ad splenis dolorem: herbae ebuli radicem siccatam et in pulverem mollissimum redactam ex vini cyathis quattuor, pulveris cochlearia tria, in limine stans bibat et ebulum semper secum habeat sine ferro lectum" (*Ps.-Apul.* de medic. herb. 91, 4 ed Ackermann p. 265). — Ad morbum comitialem sanandum ab *Alexandro Tralliano* commendatur hoc remedium: „Κοράλλιον ἀπ' ἐγκεφάλου τοῦ ὄνου (?) περίαπτε, γλυκυσίδης ῥίζης καὶ στρύχνου φθινούσης σελήνης δίδου κόκκον α', δίδου παρὰ α', εἶτα παρὰ β', ἕως ἀναλώσῃς ιε' πόσεις" (I, p. 571); brevi ante eaedem herbae pro amuleto alligantur: „Ὀστάνης δέ φησι· κοράλλιον καὶ γλυκυσίδην καὶ στρύχνου ῥίζαν ἀνελόμενος

1) Saepissime remedia ex similitudine nominis et figurae plantarum sumpta sunt (cf. *Heim*, incantamenta p. 484 sqq.) „Opinio de vi atque potestate similium, quae his verbis „similia similibus" breviter explicari potest, cum in universa arte magica tum in medicinali multum valebat." — Ita Lysimachiae „vis tanta est, ut iumentis discordantibus iugo imposita asperitatem cohibeat" (*Plin.* 25, 72): „nostri herbarii strumum eam (ranunculum) vocant, quoniam medetur strumis et panis in fumo suspensa (creduntque ea rursus sata rebellare quae curaverint vitia, in quo scelere et plantagine utuntur)" *id.* 25, 174: „venerem si omnino manu teneatur radix (Satyrii) stimulari, adeo si bibatur in vino austero" (26, 98); „inguinalis quam quidam argemonion vocant, passim in vepribus nascens, ut prosit (inguinis doloribus), in manu tantum habenda est" (26, 92); „lichen vero herba omnibus his (lichenis remediis) praefertur, inde nomine invento" (26, 22): „Helenium ab Helena natum favere creditur formae" (21, 159). — „Ex argumento nomen accepit scorpio herba: semen enim habet ad similitudinem caudae scorpionis . . . valet adversus animal nominis sui" (22, 39). Huc pertinet, quod de herba in capite statuae nata traditur: „herba in capite statuae nata collecta in vestis alicuius pannum et inligata lino rufo, capitis dolorem confestim sedare traditur" (*Plin.* 24, 170), cf. *Marc. Emp.* I, 43: II, 20; *Plin. iun.* p. 11, 14 sqq. (I, 1). — Mirum est quod apud *Plin.* (23, 116) de malis pirisque legimus „Mala piraque iumentis portatu mire gravia sunt vel pauca: remedio aiunt esse, si prius edenda dentur aliqua aut utique ostendantur."

σελήνης μειούσης ἐνδήσας εἰς ὀθόνιον ἐρίνεον περίαπτε" (I, p. 567 ed. Puschmann). — „Ἐπιθυμιωμένη ἡ ῥίζα (scil. τῆς γλυκυσίδης βοτάνης = παιωνίας) ἢ ποτιζομένη δαίμονας ἀπελαύνει καὶ φαντάσματα φορουμένη" (*Kyr.* I, γ, ed. Mély p. 13). — Pastinacae erraticae radicem „habentes feriri a serpentibus negantur aut qui ante gustaverint, non laedi" (*Plin.* 20, 31; cf. *Gargil. Mart.* p. 171, 33). — De Polemonia refert *Dioscorides* (m. m. IV, 8) „ταύτης ἡ ῥίζα πίνεται ἐν οἴνῳ πρὸς θηρία καὶ δυσεντερίαν . . . καὶ περιάπτεται πρὸς σκορπίου πληγήν· φασὶ δὲ μὴ τύπτεσθαι τοὺς ἔχοντας αὐτὴν ἢ κἂν πληγῶσι, μηδὲν πάσχειν." Cf. *Plin.* 25, 119 „privatim adversatur scorpionibus polemoniae radix, vel adalligata tantum." Denique ruta digna est quae commemoretur: „(rutae folia) valent et contra scorpionum et contra araneorum, apium, crabronum, vesparum aculeos et cantharidas ac salamandras canisve rabiosi morsus (sive in potu dentur sive in cibo) . . . suco perunctos, etiam habentes negant feriri ab his maleficis . . ." (*Plin.* 20, 133) cf. *Diosc.* III, 45: „προβρωθέντα τὰ φύλλα (sc. πηγάνου) καθ' ἑαυτὰ . . . ἄπρακτα καθίστησι τὰ θανάσιμα . . καὶ πρὸς ἑρπετὰ ἁρμόζει ὁμοίως λαμβανόμενα"; *Ps.-Apul.* de med. herb. 89, 7: „ad morsum canis rabidi: herbae rutae pondus denariorum sex ex vino bibatur."

His exemplis allatis iam vides, quantopere amuletorum superstitio cum medicina populari cohaereat: divina illa vis quae plantis inest, efficit, ut plantae quae amuletorum loco adhibentur idem valeant atque medicamenta.

II. De plantis quae amuletorum loco adhibitae morbos sanare dicuntur.

Sed iam testimonia ipsa et Graeca et Romana — quantum fieri potest pro multitudine eorum — de plantis quae amuletorum loco adhibebantur, litterarum ordine disposita colligamus: qua in re neque multa neque gravia nos fugisse speramus.

Atque primum de iis plantis quae morbos sanare dicuntur, agemus; deinde de iis quae imminentia mala arcere feruntur, verba faciemus.

Primum igitur eas plantas enumerabimus, quae amuletorum loco adhibitae morbos sanare dicuntur:

1. Absinthium: „inguinum tumorem in ventrali habitum" (arcet). *Plin.* n. h. 27, 52; „intertrigines negat fieri Cato absinthium Ponticum secum habentibus" (id. 26, 91), cf. *Cato,* de agr. 159 (p. 59); *Ps.-Apul.* 100, 4 „ad inguinum vel intertriginis molestias: herbae absinthii et marrubii surculum sumito et in semicinctio tecum portato, sanaberis" (cf. *Murr*, p. 190).

2. Alium (aleum): „alei umbilicum quo grana continentur atque ubi radices inhaerent, cum ipsis radicibus in phoenicio conliga et laboranti de uva luna septima phylacterii more suspendes" (*Marc.* Emp. 14, 30); cf. *Murr* p. 179 sq. cf. p. 61.

3. Anagyris: „folia collectionibus imponuntur difficulterque parientibus adalligantur ita, ut a partu statim auferantur" (*Plin.* 27, 30); cf. *Diosc.* III, 150 (Wellm.) „ἔστι δὲ καὶ περίαπτον δυστοκούσαις· δεῖ μέντοι μετὰ τὸ τεκεῖν εὐθέως ἀφελόντα ῥίπτειν τὸ περίαμμα."

4. Anchusa: „buglosso inarescente si quis medullam e caule eximat dicatque, ad quem liberandum febri id faciat, et alliget ei VII folia, aiunt febri liberari" (*Plin.* 26, 116); „folium eius (pseudoanchusae) sinistra decerpi iubent magi et cuius causa sumatur, dici tertianisque febribus adalligari" (*id.* 22, 50); „ad tosillas herbae quae lingua bubula dicitur, radix circa collum inligata plurimum prodest" (*Marc.* 15, 12); cf. p. 61.

5. Anemone: „Magi occultum quiddam iis tribuere, quae primum aspiciatur eo anno tolli iubentes dicique colligi eam tertianis et quartanis remedio, postea adligari florem panno russeo et in umbra adservari, ita cum opus sit, adalligari" (*Plin.* 21, 166); „Anemone dicitur a Graecis herba, quae tantam vim remedii habere creditur, ut portata ab eo vel subligata collo eius qui glaucoma patitur, intra dies quadra-

ginta quinque eum sanissimum reddat" (*Marc.* 8, 152); cf. *Murr*, p. 265.

6. Anesum: „Pythagoras negat corripi vitio comitiali in manu habentes, ideo quam plurimum domi serendum." (*Plin.* n. h. 20, 192.)

7. Anethum: „ad capitis dolorem: herbae anethi flores cum oleo decoque et temporibus illinito et alligato, mirifice dolorem capitis aufert" (*Ps.-Apul.* 121, 3); cf. *Murr*, p. 187 sq.

8. Antirrhinon: „δοκεῖ δὲ ἡ κόμη περίαμμα εἶναι χρήσιμον κεφαλαλγοῦσι" (*Diosc.* IV, 129) — cf. p. 61.

9. Asphodelus: „ad parotidas sedandas asphodeli herbae radix involuta lana fusca et circa collum suspensa remedio plurimum erit" (*Marc.* 15, 35). — „ἡ τοῦ Κρόνου βοτάνη ἐστὶν ἀσφόδελος . . .[1]) περιαπτομένη καὶ τοῖς ὀδοντιοῦσι παιδίοις εὐθετεῖ" (*codd. Vindob.* ed Kroll p. 84 ex capite „de septem stellarum herbis")[2]) — cf. p. 43, adnot. 2.

10. Aster (inguinalis): „aster (ab aliquis bubonion appellatur, quoniam inguinum praesentaneum remedium est)[3]) . . . . ad inguinum medicinam sinistra manu decerpi iubent

1) Magnam vim etiam sucus asphodeli habet: „ὁ χυλὸς μετὰ στύρακος πόνους ἰᾶται γονάτων καὶ ποδῶν· τῆς ῥίζης ὁ χυλὸς ἑψηθεὶς ὠφελεῖ πόνους νεφρῶν καὶ φόβους ἰᾶται δαιμονιζομένων" (*Kroll*, ibid.): cf. *Geop.* 19, 6, 13 „οἱ δὲ χοῖροι λοιμικῷ οὐ περιπίπτουσι πάθει ἢ ἐμπεσόντες ἰαθήσονται, ἐὰν εἰς ὃ πίνουσιν ὕδωρ ἀσφοδέλου ῥίζας βάλῃς ἢ ἔνθα πυκνῶς λούονται" cf. 19, 7, 3.

2) „εἰσὶ δὲ καὶ αἱ τούτων (sc. πλανητῶν) βοτάναι αὗται, αἳ συνεργοῦσι κατὰ τὴν ἰδίαν αὐτῶν φύσιν" (*codd. Vindob.* l. c.). — Eandem vim habent „Die Sieben Kreuter des grossen Alexanders des Keisers, der Sieben Planeten Kreuter genant": I. „Goldwurtz Saturni . . Kinder denen die zeen kommen odder erst wachsent, die sollen sie auch tragen, so kommen sie denn herfür, ohn allen schmertzen. Die Wurtzel getragen bey Nacht, versicheret vor allem unfall." Locum exscripsi ex libro quem in musei Halternensis bibliotheca inspexi („Gedruckt zu Franckfurdt am Mayn durch Weygandt Han."); cuius libri cum titulus perierit, auctorem ignoro: capitum index illum ab *Alberto Magno* scriptum esse contendit: haud recte sine dubio (cf. *Meyer*, Gesch. d. Botanik 4, p. 78 sq.).

3) Cf. p. 44, adnot. 1.

et iuxta cinctus alligari; prodest et coxendicis dolori adalligata" (*Plin.* 27, 36); „Ad caducos: herbae asterii baccas si dederis caduco manducare luna decrescente, cum erit signum Veneris, et ipsam herbam laborans habeat in collo suspensam, remediabitur" (*Ps.-Apul.* med. herb. 61, 1).

11. Atractylis (cnecus): „Constat a scorpione percussos, quamdiu teneant eam herbam, non sentire cruciatum." (*Plin.* 21,184) cf. *Diosc.* III, 97; *Marc.* I, 44.

12. Herba batrachion („nascitur locis fabulosis") „ad lunaticos qui cursum lunae patiuntur: herba batrachion si lunatico in cervice ligetur lino rubro, luna decrescente, cum erit signum tauri vel scorpionis parte prima, mox sanabitur." (*Ps.-Apul.* X, 1.)

13. Brassica: „Melitius adfirmat uvae esse remedia radicem plantae avulsam colloque suspensam ita, ne terram post runcationem contingat." (*Gargil. Mart.* p. 169, 30); cf. *Lobeck*, Aglaoph. p. 903 (*Athen.* 9,370 A.); *Murr* p. 170.

14. Cannabis: „radicem cannabis bracchio dextro ligato; si totum bracchium cinxeris de ipsa radice, melius erit, sin vero partem habueris, collo suspende ligatam licio, quod in tela fuerit, et ut scias, quanta vis sit huius remedii, ubi alligaveris hanc radicem, statim sanguis perstringitur; cum solveris et removeris, fluet" (*Marc.* 10, 81).

15. Cerasii lapilli: „dolorem oculorum ut anno integro non patiaris, cum primum cerasia erunt idonea esui, id est quasi matura, de tribus cerasiis lapillos pertundes et Gaditano lino inserto pro phylacterio uteris, voto prius facto contra solem orientem, quod eo anno cerasia non sis maducaturus." (*Marc.* 8, 27.)

16. Chamaemelum: „ad oculorum vitia atque dolores: herbam chamaemelon si quis ante solis ortum carpserit et dicat „ad albuginem oculorum te carpo ut subvenias" et eam alligatam secum gestet, iuvat. (*Ps.-Apul.* 24, 1.)[1])

1) Cf. *anonym.* de vir. herb. ed. *Haupt*, opusc. II p. 476: „χαμαίμηλον" vs. 1 sqq.

17. Chamelaea: „aiunt si quis ante solis ortum eam capiat dicatque ad albugines oculorum se capere adalligata discuti id vitium.“ (*Plin.* 24,133.)

18. Chrysolachanum: „haec herba adalligata morbum regium habentibus ita, ut spectari ab his possit, sanare id malum traditur.“ (*Plin.* 27,66).

19. Cirsion: „hanc herbam radicemve eius adalligatam dolores varicum sanare tradunt.“ (*Plin.* 27,61); cf. *Diosc.* IV, 117 „ταύτης τὴν ῥίζαν Ἀνδρέας ἀναγράφει ὑπὲρ τὸν ἀλγοῦντα τόπον ἀναδουμένην παύειν κιρσῶν πόνους“[1]); „ad faucium dolores: herbam cirsion cum sua radice si quis in collo portaverit suspensam, fauces ei numquam dolebunt. (*Ps-Apul.* 68,1).

20. „Condurdum herba . . . . suspensa in collo comprimere dicitur strumas.“ (*Plin.* 26,26.)

21. Coriandrum: „mulier ut cito pariat: coriandri seminis grana undecim aut tredecim in linteolo mundo de tela alligato, puer et puella virgo ad femur sinistrum prope inguen teneat, et mox ut peractus fuerit partus, remedium cito solvat, ne intestina sequantur.“ (*Ps.-Apul.* 102, 2.)

22. Cucumis: „putant conceptus adalligato semine adiuvari, si terram non attigerit; partus vero si in arietis lana adalligatum inscientis lumbis fuerit, ita ut protinus ab enixu rapiatur extra domum (*Plin.* 20,6) . . . „(colocynthidis) semina, si fuerint pari numero, in linteo adalligata febribus liberare dicuntur, quas Graeci periodicas vocant“ (*id.* 20, 15).

22. Cuminum: („φυσικὰ πρὸς τοὺς λύζοντας“) „κύμινον δήσας ῥάκει λίνῳ περίαψον ἐπὶ τὸν καρπὸν τῆς ἀριστερᾶς χειρός· τοῦτο λέγουσι ποιεῖν τοὺς πρὸς νότον Αἰθίοπας.“ (*Alex. Trall.* II. 319 ed. Puschmann.)[2])

24. Cyclaminos: „ἀγαθὴν δὲ τὴν ῥίζαν καὶ ὠκυτόκιον περίαπτον.“ (*Theophr.* hist. pl. 9, 9,3); cf. *Diosc.* II, 193; *Plin.*

---

1) Cf. supra p. 44 adnot. 1.

2) Cf. *Wuttke*³, l. c. p. 101; nostris diebus mulier quaedam cumini et anethi semen pro amuleto vendidit: accusata absolvitur (cf. *Deutsche Tageszeitung* 17. IV. 1905, 1. Beilage).

26, 161.[1]) „Herbae cyclaminis quae orbicularis appellatur, radix suspensa collo, ita ut contra lienem dolentem sit alligata, efficaciter medetur“ (*Marc.* 23, 26.); „radix in collo suspensa, ut contra splenem pendeat, efficaciter medetur.“ (*Ps.-Apul.* 18,3); cf. *Murr* p. 201 (cf. p. 63.)

25. Herba cymbalitis (= cotyledon): „radicem ante solis ortum collige sinistrae manus digitis pollice et medicinali in nomine eius qui uvam dolebit, et lino conligatam collo eius suspende.“ (*Marc.* 14, 65); „καὶ τῆς κοτυληδόνος ἡ ῥίζα (φορουμένη τῶν ἀρθριτικῶν θεραπεύει τὰς ὀδύνας“) *Alex. Trall.* II p. 581.

26. Dracontium: „τῆς οὖν δρακοντίου βοτάνης τὸ σπέρμα φορούμενον ὀξυωπίαν παρέχει.“ (Mély, *Kyr.* I, δ, 7 p. 15.)

27. Ebulus: cf. *Ps.-Apul.* 91, 4 „ad splenis dolorem“ (cf. p. 44).

28. Eryngion: „oculorum albugines sanare adalligatam aliqui tradiderunt.“ (*Plin.* 22, 22); „ἱστορεῖται ὅτι περιαπτομένη διαφορεῖ φύματα“ *Diosc.* III, 21[2]); cf. p. 63.

29. Erythrodanos: „invenio apud quosdam morbum regium sanari hoc frutice, etiamsi adalligatus spectetur tantum.“ (*Plin.* 24, 94).

30. Ficus: „produnt, si quis, inclinata arbore supino ore aliquem nodum eius morsu abstulerit nullo vidente atque cum aluta inligatum licio e collo suspenderit, strumas et parotidas discuti“ (*Plin.* 23, 125); „corticem eius (caprifici) intumescentem puer impubis si defracto ramo detrahat dentibus, medullam ipsam adalligatam ante solis ortum prohibere strumas“ (*id.* 130)[3]);

---

1) Cf. Kräutterbuch des Hochgelahrten ... Herrn D. Petri Andreae Matthioli Franckfurt a. M. 1626. II p. 188 D. „So man einer gebärenden Frawen die Wurtzel an die Schenckel henckt, gehet die Geburt desto eher von statten.“ — De Matthiolo cf. *Meyer*, Gesch. d. Botanik 4, 366 sqq.; *Schreiber*, Die alten Kräuterbücher, Zeitschr. f. Bücherfr. VIII, 399.

2) Cf. *Matthiolus*, l. c. III, 19 p. 229 B. „So man die Wurtzel anhengt (von Eryngium, oder überlegt, vertreibt sie Geschwulst unnd Knollen.“

3) Cf. *Plin.* 23, 130 „caprificus tauros quamlibet feroces, collo eorum circumdata in tantum mirabili natura compescit, ut immobiles praestet.“ Cf. *Plut.* quaest. conv. VI, 10, 3. — *Geop.* X. 48, 2. — *Murr*, l. c. p. 31 sqq.

cf. *Plin. iun.* p. 80,7 –10; „Caproficum quae in lapide nascitur, colliges sive siccam seu viridem, i. e. ipsum pomum, et in pelle caprina involutum ligabis de licio quod in tela fuerit, et ei loco adpones, unde erit sanguinis fluxio, statim cohibebitur sive viro de naribus sive muliebri de locis verecundioribus fluat.“ (*Marc.* 10,82.)

31. „Gladioli folium medium divisum et in similitudinem coronae in se conexum ac pro torque circa collum habitum tosillas sedat.“ (*Marc.* 15,13).

32. „Gramen quod in summo trisulcum habebit, decrescente luna radicitus sublatum quam plurimum repone; deinde ex multis unum auspicante lippitudine ad collum subliga, celeriter incumbentem epiphoram discuties.“ (*Marc.* 8,24); cf. *Ps.-Apul.* 77,2. „Sunt qui genicula IX vel unius vel e duabus tribusve herbis ad hunc articulorum numerum involvi lana sucida nigra iubeant ad remedia strumae panorumve; ieiunum esse debere qui colligat; ita ire in domum absentis, cui medeatur, supervenientique ter dicere, ieiuno ieiunum medicamentum dare, atque ita adalligare triduoque id facere. Quod e graminum genere VII internodia habet, efficacissime capiti contra dolores adalligatur . . . . gramen capiti circumdatum sanguinis e naribus fluctiones sistit.“ *Plin.* 24, 180 sq., 183.[1])

33. Hedera: „Δαμηγέρων φησίν, εἴ τις κισσοῦ μέλανος κορύμβους γ′ εἰς ὀθόνιον καθαρὸν βάλῃ, καὶ δήσας λίνῳ σπληνικῷ περιάψει ἐφ᾽ ἡμέρας γ′, ἀπαλλάξει τοῦ πάθους τὸν περιαπτόμενον.“ *Geop.* 11, 30,4. — „πρὸς τὸ μὴ ἐκτρῶσαι· ῥίζαν κισσοῦ λαβὼν εἰς ὄνομα (cod. εισον; coni. Kroll) αὐτῆς περίαπται τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς.“ (*Kroll*, Philol. 57, p. 131)[2]); cf. *Murr*, p. 141 sqq.; cf. p. 64.

34. Heliotropion: „Magi heliotropium in quartanis quater, in tertianis ter adalligari iubent ab ipso aegro precarique eum,

1) Cf. *Plin.* 22, 5 sq.

2) Cf. *Rosenkranz*, Die Pflanzen im Volksaberglauben, 1896, p. 322: „Man pflegte kranken Schweinen einzelne Zweige um den Hals zu hängen, damit sie gesundeten.“

soluturum se nodos liberatum, et iacere non exempta herba." *Plin.* 22,61; cf. p. 64.

35. Hyoscyamus: „herbae symphoniacae (= hyoscyami) surculum collo eius qui albuginem patitur, lino suspendes, ita ut per dies triginta illic sit: quanto recentior albugo fuerit, tanto citius sanabitur." (*Marc.* 8,130); „ad inguinum dolorem: herbae symphoniacae radix alligata femori et tumorem et dolorem inguinum tollet." (*Ps.-Apul.* V, 4); cf. *Marc.* 32, 5 („radicem alterci" = hyoscyami); „herba symphoniaca alligata pedum dolorem et tumorem tollet." (*Ps.-Apul.* 5,5); — „ἱερὰν βοτάνην ἥτις ἐστὶν ὑοσκύαμος, σελήνης οὔσης ἐν ὑδροχόῳ ἢ ἰχθύσι περιορύξας τὴν βοτάνην, πρὶν ἢ δῦναι τὸν ἥλιον, μὴ ἁψάμενος χειρός, τῷ ἀντίχειρι καὶ τῷ ἰατρικῷ δακτύλῳ λέγε· (sequitur herbae precatio cf. supra p. 42 adnot. 2) . . . . καὶ λαβὼν τὸ ἄκρον τῆς ῥίζης περίαπτε τῷ πάσχοντι (sc. ποδαγρικῷ) φυλάττων ἄβροχον, τὸ δὲ λοιπὸν κρέμα ἐπάνω τῆς ἐσχάρας ἡμέρας τξ΄. (*Alex. Trall.* II, p. 585.)[1])

36. Inguinalis (argemonion) cf. *Plin.* 26,92. Locum supra p. 44,1 exscripsi.

37. „Iris rufa (melior quam candida): infantibus eam circumligari salutare est dentientibus praecipue." (*Plin.* 21,140); „herba quae iris appellatur, maxime si silvestris erit, inligata lateri dolorem eius protinus tollit." (*Marc.* 24,4)[2]); cf. p. 64.

38. „Ischaemonem Thracia invenit . . . quae in Italia nascit, et ciet sanguinem, eadem adalligata sistit." (*Plin.* 25,83); cf. *Theophr.* h. pl. 9, 15,3.

---

1) Cf. *Pallad.* 11, 12, 8.

2) Cf. *Theophr.* h. pl. 9, 8, 7; *Plin.* 21, 42. — *id.* 21, 143 sq.: „strumas haec vel panos vel inguina discutit. Praecipitur, ut sinistra manu ad hos usus eruatur colligentesque dicant, cuius hominis vitiique causa eximant. Scelus herbariorum aperietur et in hac mentione: partem eius servant et quarundam aliarum herbarum, sicuti plantaginis, et si parum mercedis tulisse se arbitrantur rursusque opus quaerunt, partem eam, quam servavere, eodem loco infodiunt, credo, ut vitia, quae sanaverint, faciant rebellare."

39. Labrusca (ampelos agria): „utuntur ea pro amuleto.“ *Plin.* 23, 20.

40. Lagopus: „περιάπτεται δὲ καὶ πρὸς φλεγμονὴν βουβώνων· (φύεται δέ ἐν πρασιαῖς.)“ *Diosc.* 4, 17; cf. *Plin.* 26, 53: „eadem inguini adalligatur in tumore.“

41. Lapathum: „καὶ ἐνδέσματι δέ τινες χρῶνται ταῖς ῥίζαις πρὸς χοιράδας, περιάπτοντες τῷ τραχήλῳ.“ (*Diosc.* II, 140); „περιαπτόμενος τῷ ἀριστερῷ βραχίονι γυναικὸς ἀτοκίας ἰᾶται.“ (*Geop.* 12, 38, 1); „Rumicis silvatici radicem luna decrescente collige et tecum habeto nitidissime: quamdiu eam tecum habueris, non lippies.“ (*Marc.* 8, 41); cf. p. 64.

42. Lepidium: „ἡ ῥίζα δοκεῖ ὀδόντων ἀλγήματα παραιτεῖσθαι, περιαπτομένη τῷ τραχήλῳ.“ (*Diosc.* II, 205); cf. *Plin.* 20, 181: „tradunt in dolore dentium adalligatum bracchio, qua doleat, convertere dolorem.“

43. Lychnis: „radicem eius Asiani boliten vocant, qua adalligata oculo albugines tolli dicuntur.“ (*Plin.* 21, 171); cf. p. 65.

44. Malum cydonium: „radix eorum circumscripta terra manu sinistra capitur ita, ut qui id faciet, dicat, quare capiat et cuius causa; sic adalligata strumis medetur.“ (*Plin.* 23, 103).

45. Malva: „radix mammarum vitiis occurrit adalligata in lana nigra . . . quin et semen adalligant bracchio genitale non continentium“ (*Plin.* 20, 225; 227); cf. *Gargil. Mart.* p. 139, 10—12 („radix femori alligata stimulat venerem 10“); „ad profluvium et incontinentiam ventris remedium sic: malva circumfossa ferro quod ex utraque parte acutam aciem habeat, et praecisa a superiore ad inferiorem partem i. e. usque ad radicem, deinde radix eius involuta panno rubro portata ab eo, cui remedio opus est, profluvium ventris eius inhibebit.“ (*Marc.* 27, 87); „Malvae radice lino vel licio traiecta aut arnoglossae i. e. plantaginis radice similiter collo circumdata strumas sanari manifestum est.“ (*Marc.* 15, 48)[1]; cf. *Lobeck.* Aglaoph. 903.

1) Cf. *Plin.* 20, 224 (sucus malvae); 226; 229; *Murr*, p. 243; *Lobeck*, l. c. p. 898 (cf. p. 65).

46. Menta: „intertrigines quoque, vel si teneatur tantum, prohibet.“ (*Plin.* 20,151)[1]); cf. *Murr*, p. 243sq.

47. Morus: „mira . . . quae produntur: prima germinatione, priusquam in folia exeant, sinistra decerpi futura poma: ricinos Graeci vocant. Hi terram si non attigere, sanguinem sistunt adalligati, sive ex vulnere fluat sive ore sive naribus sive haemorrhoidis: ad hoc servantur repositi. Idem praestare et ramus dicitur luna plena defractus incipiens fructum habere, si terram non attigerit, privatim mulieribus adalligatus lacerto contra abundantiam mensum: hoc et quocumque tempore ab ipsis decerptum ita, ut terram non attingat, adalligatumque existimant praestare.“ (*Plin.* 23,137sq.); — „ἐὰν οὖν τις σταθεὶς πρὸς πόδα ἀτενίζων πρὸς λίβα, δυσὶ δὲ δακτύλοις τῆς εὐωνύμου χειρὸς ἐκτείνας τὸ ἄνω βλέπον καρδίδιον (sc. τῆς μορέας) πρὸς ἡλίου ἀνατολήν, καὶ μετὰ πορφύρας ἀληθινῆς περιάπτῃ γυναικὶ περὶ τὰ ἰσχία αἱμορραγούσῃ ἢ ἐκ μήτρας ἢ ἐκ τοῦ δακτυλίου, ἵστησιν εἰς τρεῖς ἡμέρας τὴν φορὰν τοῦ αἵματος.“ (*Mély*, *Kyr.* μ, 9 p. 29); cf. *ibid.* μ, 10; 14; 15.

48. Myrtus: „inguen ne intumescat ex ulcere, satis est surculum tantum myrti habere secum nec ferro nec terra contactum.“ (*Plin.* 23, 163); cf. *Marc. E.* 32, 20; *Plin. iun.* p. 64,16sqq.; 65,1sq.[2]); cf. p. 65.

49. Oleae folium: „εἰς φύλλον ἐλαίας μετὰ κοινοῦ μέλανος ἐπίγραψον ʽκαʼ ʽροιʼ ʽαʼ· λάμβανε δὲ καὶ τὸ φύλλον τῆς ἐλαίας πρὸ ἡλίου ἀνατολῆς καὶ περίαπτε περὶ τὸν τράχηλον (*Alex. Trall.* περὶ ἀμφημερινοῦ I, p. 407); cf. *Pap. Lond.* 121,213sq.: „πρὸς καθημερινὸν νυκτερινὸν εἰς φύλλον ἐλαίας εἰς τὸ λευκὸν ἐπίγραφε (sequitur signum solis), εἰς τὸ μέλαν ἐπίγραφε (sequitur signum lunae) καὶ περίαπτε.“[3])

50. Paeonia: „ad lunaticos: herba paeonia si lunatico iacenti ligetur in collo, statim se levat sanus; et si eam secum

1) Cf. *Diosc.* III, 36; *Pallad.* I, 35,5; *Plin.* 20, 151 „aiunt et lieni mederi eam in horto gustatam . . .“

2) Cf. Rohde, Psyche³, 220,2. — *Murr*, 84sqq. — *Plin.* XV, 124.

3) Cf. *Murr*, 40sqq. — *Pallad.* I, 6,14. — *Geop.* 9, 2,5.

portaverit, numquam ei hoc malum accidet." „ad ischiadicos: herbae paeoniae radicis partem alligabis lino eumque qui patitur circumcinges, res est saluberrima" (*Ps.-Apul.* 64, 1.2); „εἰ δὲ οὐ συλλαβεῖν ἐθέλει, τοῦ κεχηνότος σπέρματος τῆς γλυκισίδης τῆς βοτάνης μετὰ ῥύπου ὠτὸς ἡμιόνου περιαπτέσθω, ἐφ᾽ ὅσον ἂν θέλῃ χρόνον." (*Mély*, p. 13, *Kyr.* I, γ, 8) „ὥστ᾽ οὐκ ἂν ἀπελπίσαιμι καὶ περιαπτομένην αὐτὴν (sc. ῥίζαν) εὐλόγως πεπιστεῦσθαι παιδίων ἐπιληψίας ἰᾶσθαι· καὶ οἶδα γέ ποτε παιδίον ὀκτὼ μησὶ μηδ᾽ ὅλως ἐπιληφθὲν ἐξ ὅτου τῆς ῥίζης ἐφόρει, ὡς δ᾽ ἀπερρύη πως ἀπὸ τοῦ τραχήλου τὸ περίαπτον, εὐθὺς ἐπελήφθη καὶ αὖθίς τε περιαφθέντος ἑτέρου πάλιν ἀμέμπτως εἶχεν. Ἔδοξε δέ μοι κάλλιον εἶναι καὶ αὖθις ἀφελεῖν αὐτὸ πείρας ἕνεκα, καὶ οὕτως πράξαντες, ἐπειδὴ πάλιν ἐσπάσθη, μέγα τε καὶ πρόσφατον μέρος τῆς ῥίζης ἐξηρτήσαμεν αὐτοῦ τοῦ τραχήλου, κἀντεῦθεν ἤδη τοῦ λοιποῦ τελέως ὑγιὴς ἐγένετο ὁ παῖς καὶ οὐκέτ᾽ ἐπελήφθη" (*Galen* XI p. 859 K.); — cf. *Theophan. Nonnum* ed. Bernard I, p. 150 (c. 36)[1];

„. . . κρημναμένη δύναται γὰρ ἀποτρέψαι κακότητας
„πρός τε φόβους δυνατὴ καὶ δαίμονας ἠδ᾽ ἐπιπομπάς
„καὶ πυρετὸν φρίκεσσι καταρχόμενον στυγέοντι
„νυκτερινόν τε καὶ ἡμερινόν, χαλεπόν τε τέταρτον.
. . . „ταύτην γὰρ λέγεταί ποτ᾽ ἐν οὔρεσι ῥιζωθεῖσαν
„δαίμονας ἐξελάσαι τοὺς τὸν τόπον οἰκήσαντας"

(*anonym.* de herb. vir. ed. Haupt, p. 484, XI, 164 sqq.)[2])

51. Pastinaca: „radix collo alligata tumores testium sedat" (*Gargil. Mart.* p. 171, 33); — „radicem eius ante solis ortum erutam involvunt lana coloris, quem nativum vocant,

---

1) Cf. *Matthioli*, Kreutterbuch, p. 314 D III, 109: „Etliche Weiber pflegen die Körner mit einem Faden oder seiden durchzuziehen und den Kindern an den Hals zu hencken wider das Fräsel oder fallend Sucht." — *Tandler*, De fascino, Witteb. 1606, p. 72. — *Fossel*, Volksmedizin i. d. Steiermark p. 72. — Cf. *Murr* p. 226 sq.

2) Cf. *Plin.* 25, 29 „haec medetur et Faunorum in quiete ludibriis." — Paeonia est „πασάων βοτανέων βασιληΐς (*anon.* l. c. 139). — Cf. *Kroll*, Codd. Vindob. p. 73 „Ζώδιον ὁ κριός" (cf. p. 65 sq.).

praeterea ovis quae feminam peperit, strumisque vel suppuratis alligant“ (*Plin.* 20, 29); — cf. p. 66.

52. Pentadactylus:
„πάντα γὰρ ἀλθήσαιο πόνον φορέων περὶ σῶμα
„ὀφθαλμῶν δέ τε πᾶσαν ἅμ' ἐξώσειας ἀνίην.
„χοιράδας ἀντιάδας σταφυλήν οἴδημ' ὑπόγλωσσον,
„ἄρθρα τε καὶ νεύρων ὀδύνας καὶ ἕρκος ὀδόντων
„ψώραντ' ἐξακέσαιο βροτοφθόρου ἐκ κακότητος
„καὶ λοχίων ἔμμηνα κατασπασθέντα γυναικῶν“.
(*anonym.* de herb. vir. 44 sqq.)[1]); — cf. p. 66.

53. Phoenix: „ἱστοροῦσι δέ τινες καὶ ἴσχαιμον αὐτὸν εἶναι ἐνδεόμενον φοινικῷ ἐρίῳ καὶ περιαπτόμενον“ (*Diosc.* 4,43 Wellm.).

54. Plantago: „suspensa in collo comprimere dicitur strumas“ (*Plin.* 26,26); „ἔνιοι δὲ καὶ ἐνδέσματι χρῶνται τῇ ῥίζῃ πρὸς χοιράδας καὶ διαφοροῦσιν“ (*Diosc.* II, 152) cf. *Marc.* 15,48 (= Nr. 45 p. 53); — „Ani vitiis omnibus plantaginis radix decrescente luna die Saturni occidente sole collecta vel sumpta et pellicula vel panno phoenicio obvoluta ac licio ligata et lumbis circumdata continuo sanitatem praestabit“ (*Marc.* 31,18); „herbae plantaginis radix in collo suspensa capitis dolorem mirifice tollit.“ „Ad scorpionum ictum: herbae pl. radix alligata mire prodesse creditur.“ „Ad omnes vesicae difficultates: herbae pl. folia vel radices potatae ex passo fortiter medentur“ (*Ps.-Apul.* II, 1. 8. 24).[2])

55. Polium: „aliqui religionem addunt, ubi inventum sit, protinus adalligandum contra oculorum suffusiones cavendumque, ne terram attingat“ (*Plin.* 21, 147); „ad lunaticos: . . . pilulam

---

1) Cf. *Matthiolus*, l. c. p. 353 B „Etliche legen Fünffingerkraut in die Schuh unter die blossen Füß und gehen darauff, soll wider das anstossende Fieber helffen.“ — *Diosc.* 4,42; *Plin.* 26,116.

2) Cf. *Kroll*, Codd. Vindob. p. 84 „ἡ βοτάνη τοῦ Ἄρεως λέγεται ἀρνόγλωσσον. ἰᾶται τὰ ἐν αἰδοίοις πάθη καὶ ῥυπαρὰ ἕλκη ἰᾶται, εὐθετεῖ καὶ δυσεντερικοῖς καὶ αἱμορροΐδας καὶ τὰ πυρώδη καὶ φθαρτικά.“ — *Matthiolus*, l. c. II, 50 p. 146 D „Wegrich mit Saltz übergelegt, vertreibt die Kröpffe. Etliche hencken nur die Wurtzel an den Halß wider diesen Gebresten.“ — Cf. *Plin.* 25,174; 26,24; 115.

eius (herbae polii) et radicem linteolo mundo circa collum eius qui patitur ligabis; experta res est" (*Ps.-Apul.* 58,1); cf. *anon. de herb. vir.* v. 172 sqq.:

„Δεῖ δέ σε καὶ περὶ σῶμα φορεῖν πολίοιο κόρυμβον
„πρὸς τὸν ἀπαυλισμὸν τὸν ἀπ' αἰθέρος, ὃν καλέουσι
„ἄνθρωποι χαλεπὴν ἱερὴν νόσον ἀμπλακιῶτιν,
„οἱ δὲ σεληνιακὴν ἐπὶ σῶμα κακὴν ἐπιπομπήν.
[„καὶ κόπον ἐξελάσαι δυνατὴ τριφθεῖσα μετ' ὄξους
„ἡ βοτάνη καταχειομένη πόδας ἀκροκορύμβους."]

cf. *Geop.* 10, 87,9[1]); — cf. p. 66.

56. Polygonus: „herbarii (et ad anginas utuntur illa et) in capitis dolore coronam ex ea imponunt et contra epiphoras collo circumdant; in tertianis quidem sinistra manu evulsam adalligant, adeo contra profluvia sanguinis . . ." (*Plin.* 27, 117); cf. *Galen* XII, 573 ed. Kühn; *Marc.* I, 44; „herbae polygoni corona capiti imposita naribus profluentibus mirabiliter medetur" (*Marc.* 10, 40); „περιαπτομένη τῷ τραχήλῳ διηνεκῶς κωλύει ὀφθαλμίαν τριβόλου ῥίζα, πολυγόνου ὁμοίως" (*Ps.-Diosc.* περὶ εὐποριστ. I, 35); — „ad oculorum vitia et dolorem: herbam proserpinacam accede ante solis ortum et circumscribes eam annulo aureo et dices tollere te remedium oculis, deinde post triduum ante solis ortum sublatam circumdabis collo, proficiet" (*Ps.-Apul.* 19,4); — „τῆς βοτάνης ἡ ῥίζα αἱρουμένη ἐν ἀποκρούσει καὶ φορουμένη οὐκ ἐᾷ ὀφθαλμοὺς νοσεῖν" (*Kyr.* I, π, 6 Mély, p. 35); — „Ἡλίου βοτάνη πολύγονον . . . . περιαφθεῖσα ἡ ῥίζα πᾶσιν ὀφθαλμίας παραλλάσσει· ἰᾶται δὲ φρενατικοὺς ληθαργικοὺς ἀμβλυωποῦντας θαυμαστῶς περιαπτομένη καὶ τοὺς ἐν καταρχαῖς τῶν ὑποχύσεων" (*codd. Vindob.* ed. Kroll p. 83 „de septem stellarum herbis").[2])

---

1) Cf. *Matthiolus*, l. c. p. 293 C III, 88 „Bergpolium auf die Stirnen gebunden, hilfft den roten flüssigen Augen . . ."

2) „Wegwart der Sonn, der bey ihm tregt seine Wurtzel, so heilet es den wehtagen der Augen. — es hilfft auch den Freneticis, so sie das bei ihnen tragen an der Brust." (Die 7 Kreuter des grossen Alexanders II cf. p. 47, adnot. 2); *Fossel*, Volksmedizin p. 92.

57. Polypodion: „κἂν περιάψηταί τις οὔ φασιν ἐμφύεσθαι πολύπουν“[1]) (*Theophr.* 9, 13,6 h. pl.).

58. Populus: „virgam populi in manu tenentibus intertrigo non metuitur“ (*Plin.* 24,47).[2])

59. Porcilaca: „praetorii viri pater est, Hispaniae princeps, quem scio propter inpetibiles uvae morbos radicem eius filo suspensam e collo gerere praeterquam in balineis, ita liberatum incommodo omni“ (*Plin.* 20,215).

60. Pulegium (puleium): „Aliis adiciunt et puleium quod ieiunus quis legerit, si post se alliget, inguinis dolores prohibet aut sedat coeptos“ (*Plin.* 26,91): — „Xenocrates pulei ramum lana involutum in tertianis ante accessionem olfactandum dari aut stragulis subici et ita collocari aegrum inter remedia tradit“ (*Plin.* 20,155); cf. *Ps.-Apul.* 92,6; *Plin. iun.* p. 90,2—4; „Capiti ne noceat frigus aut aestus: herbam pulegium tecum aut super aurem aut sub annulo portato, hoc et hieme tota facias nec gravedinem senties nec perfrictionem“ (*Ps.-Apul.* 92,1); cf. *Marc.* 1,76; *Plin.* 20, 152.

61. Rosa: „τοὺς δὲ ὀφιοδήκτους ῥίζαν ῥόδου περιαφθεῖσαν σώζειν“ (φησὶ Ταραντῖνος). *Geop.* 13, 8, 7; cf. 13, 9, 8.[3])

62. Ruta[4]): „ad profluvium mulieris: herbam rutam circumscribe aureo et argento et ebore et sublatam eam alligabis infra talum“ (*Ps.-Apul.* 89,11)[5]); cf. p. 66.

63. Scordion: „herba scordion alligata circa corpus hominis tollit quotidianas et tertianas“ (*Ps.-Apul.* 70, 3).

64. Spina alba (ῥάμνος): „ramus spinae albae alligatus capiti efficaciter medetur (*Marc.* 1, 45); cf. *anon. de herb. vir,* vs. 22, „πρός τε πόνον κεφαλῆς“ cf. p. 67.

65. Tribulus: „semen adalligatum varicum dolores sedat

1) Cf. *Diosc.* 4,185.

2) Cf. *Diosc,* 1,109. — *Murr* p. 20 sqq.

3) Cf. *Geop.* 11,17.18. — *Murr* p. 78 sqq.

4) Cf. *Kuhnert,* Mus. Rhen. 49 p. 43.

5) Cf. *Plin.* 20, 131 sqq.; *Diosc.* 3,45; *Marc. Emp.* 20, 60. 64; *Geop.* 12, 25.

. . . (radix caste pureque collecta discutit strumas)“ (*Plin.* 22, 27); — cf. Nr. 56 *Ps.-Diosc.* περ. εὐποριστ. I, 35.

66. Planta ulmea: „Cerebri dolores, ex quibus etiam subitae vertigines oriuntur, discuties, si planta ulmea caput circumligaveris atque ita coronatus triduo dormieris: expertum est“ (*Marc.* 3, 2).

67. Urtica: „autumnalis radix alligatur (ad tertianas): si qui eam effodiet, debet nominare eum cui medetur et quibus parentibus natus sit“ (*Plin. iun.* p. 90, 4—7), cf. *Plin.* 22, 38 (supra p. 43).

68. Verbenaca (peristerion; sideritis; ἱερὰ βοτάνη): „Sideritis latifolia clavo sinistra manu circumfossa (strumis) adalligatur, custodienda sanatis, ne rursus sata taedium herbariorum scelere . . . rebellet . . .“ (*Plin.* 26, 24); cf. *Marc.* 15, 82; — „Sideritis adalligata varices minuit et sine dolore praestat“ (*Plin.* 26, 100); cf. 26, 26; — *Ps.-Apul.* 4, 1 („ad strumas et parotidas: herbae verbenacae radix in collo ligata summe proficit“); *id.* 4, 6 („ad capitis dolorem: herb. verb. corona facta et capiti imposita capitis dolorem tollit“); cf. *Marc.* I, 46; — „ἡ βοτάνη τῆς Ἀφροδίτης ἐστὶν ἡ περιστερεών· ταύτης ἡ ῥίζα περιαφθεῖσα τὰ περὶ τὸν τράχηλον ἰᾶται πάθη, χοιράδας, παρωτίδας, βουβῶνας“ (*codd. Vindob.* ed. Kroll p. 83 „de septem stellarum herbis“); — *anon. de herb.* vir. vs. 62 sqq.:

„εὖ δ᾽ ἐθέλῃς ὁπόταν πόνον ὀφθαλμῶν ἀκέσασθαι,
„ἀμματίσας περὶ σῶμα περιστερεῶνα τὸν ὀρθόν
„ἠελίου κόσμον τὸν ἀτέρμονα κυκλώσαντος
„παύσεις ὀφθαλμοῖο δυσαυγέας ἀμβλυντῆρας . . .“

— „Sideritis tantam vim habet, ut quamvis recenti gladiatoris vulneri inligata sanguinem claudat . . .“ (*Plin.* 26, 135)[1] — cf. p. 68.

---

1) Cf. *Murr*, p. 213 sq.; *Wuttke*³, l. c. p. 107; *Diosc.* 4, 60 (Wellm.) „ἱερὰ βοτάνη . . . καλεῖται διὰ τὸ εὔχρηστεῖν ἐν τοῖς καθαρμοῖς εἰς περιάμματα.

69. Vitex (ἄγνος): „virgam qui in manu habeant aut in cinctu, negantur intertriginem sentire“ (*Plin.* 24, 63); — cf. *Diosc.* I, 134[1]); cf. p. 68.

70. Vitis: „τῆς βοτάνης ἡ ῥίζα περιαπτομένη τῷ τραχήλῳ σπαστικοὺς καὶ ἐπιληπτικοὺς ἰᾶται“ (*Kyr.* I, α, 2 Mély) — cf. *Murr*, l. c. p. 130 sqq.

71. „Herba quae in fluminibus aut rivis nascitur, adalligatur in laevo bracchio quid sit nescienti, tertianas discutit. Legi debebit ante solis ortum, sic ut eum qui colligit, nemo videat“ (*Plin. iun.* p. 90, 7—11), cf. *Plin.* 24, 170 („herba quaecumque e rivis aut fluminibus“); — „Cribro in limite abiecto herbae intus extantes decerptae adalligataeque gravidis partus accelerant“ (*id.* 24, 171).

De herba in capite statuae nata cf. p. 44, adnot. 1.

Hae sunt herbae quae amuletorum loco adhibitae morbos sanare dicuntur. Qui obiter tantum perlegerit illa testimonia, intelliget plurimas herbas levioribus morbis mederi; neque id mirum est, cum omnia fere praecepta e medicina populari sumpta sint.[2])

III. De plantis quae amuletorum loco adhibitae imminentia mala arcere dicuntur.

Plantae amuletorum loco adhibitae non solum morbis mederi, sed etiam multa alia bona hominibus afferre dicuntur; imprimis imminentia cuiusvis generis mala arcent. Etiam de

1) Cf. *Matthiolus*, l. c. p. 60 A (I, 55) [„Mich wundert, wie ein gelehrter Mann . . in seinen lateinischen und teutschen Kreutterbuch versehen hat, dass er in seinem lat. Herbario setzet securus erit a lupis und im Teutschen, er sey sicher vor den Wölffen, so doch Diosc. von keinem lupo oder Wolff schreibet, sondern de intertrigine, d. i. von dem Gebresten deß Hindern . . .“] — Cf. *Murr* 100 sqq.

2) Cf. *J. Grimm*, Kl. Schriften II p. 145. — *Marcellus Empiricus* „ab agrestibus et plebeis remedia fortuita atque simplicia“ didicit (prooem. § 2.) — *Grimm*, l. c. p. 125.

his plantis testimonia litterarum ordine disposita colligamus.

72. Adiantum: „ἀκούω . . . βασκανίας ἀμυντήριον . . . ταῖς ἑαυτῶν καλιαῖς ἐντιθέναι τῶν νεοττίων φειδοῖ . . . . . οἱ δὲ ἔποπες τὸ ἀδίαντον, ὅπερ οὖν καὶ καλλίτριχον καλοῦσί τινες.“ *Ael.* nat. an. I, 35; cf. *Murr*, p. 244.

73. „Ἡ τοῦ Διὸς βοτανη ἣν ἀλχαράνιος . . . . περιαπτομένη καὶ τοῖς συνουσιάζουσιν ἁρμόζει . . περιαπτομένη ταῖς γυναιξὶν ἐπιχαρεῖς ποιεῖ πρὸς ἀφροδισίαν“ (*codd. Vindob.* ed. Kroll p. 84).

Alium [cf. Nr. 2]: „magna vis alio, et ideo ex eo est maxima utilitas; omnibus quippe perniciosis hominum malis vehementur resistit“ (*Garg. Mart.* p. 150 [18]), cf. *Plin.* 20, 50; pro amuleto adhibetur: cf. *Sittl*, Gebärden p. 119, 6; *Seren. Samm.* 1035 sqq.

74. Alysson: „καὶ κρεμάμενον δὲ ἐν οἰκίᾳ ὑγιεινὸν λέγεται εἶναι ἀνθρώποις καὶ ζώοις· περιαφθὲν δὲ φοινικῷ ῥάκει θρεμμάτων νόσους παύει“ (*Diosc.* III, 91 Wellm.); — cf. p. 43 (*Plin.* 24, 95).

Anchusa (onochilon) [cf. Nr. 4]: „(radicem) habentes a serpentibus feriri negantur“ (*Plin.* 22, 52); — cf. *Diosc.* 4, 24 (Locum p. 43 exscripsi).

75. Andrachne (agria): „a scorpionibus habentem id feriri negant“ (*Plin.* 25, 163).

Antirrhinon [cf. Nr. 8]: „hoc perunctos venustiores fieri nec ullo malo medicamento laedi posse, vel si quis in bracchiali habeat, arbitrantur Magi“ (*Plin.* 25, 129); „ἱστορεῖτο τοῦτο ἀντιπαθὲς εἶναι φαρμάκοις περιαπτόμενον“ (*Diosc.* 4, 130 Wellm.).[1])

1) Cf. ***Matthiolus***, l. c. p. 416 C IV: „sonst sagt Diosc. es sey gut für Zauberey oder Gespenst, wann mans bey sich trägt. Das habe ich zwar selbs gesehen, in eines Herrn Schloss von einem Kettenhund, der sonst stets thet bellen, wann er frembde Leute sahe, dass derselbige Hund in 8 Tagen nie gebellet hat und dieweil man vermeynet, der Hund were durch böse Leute bezaubert, die vielleicht etwas arges in demselbigen Schloss zu begehen im Sinne hatten, hat man diss Kraut in die Hundshütten gelegt; bald darauf hat der Hund wiederumb gebellet.“

76. „Artemisiam et elelisphacum alligatas qui habeat viator, negatur lassitudinem sentire“ (*Plin.* 26, 150); — „Artemisiam quoque secum habentibus negant nocere mala medicamenta aut bestiam ullam, ne solem quidem“ (*Plin.* 25, 130);
„λύει γὰρ κόπον ἀνδρὸς ὁδοιπόρου, ὅς κ᾽ ἐνὶ χερσίν
„τὴν μονόκλωνον ἔχῃ, περὶ δ᾽ αὖ ποσὶν ἑρπετὰ πάντα
„φεύγει, ἥν τις ἔχῃ ἐν ὁδῷ καὶ φάσματα δεινά.
„πάντα δ᾽ ἀεὶ νοσοεργὰ πάθη στέλλουσα διώκει“
(*anon. de herb. vir.* 30 sqq.; 39); cf. *Scholion.* — cf. *Ps.-Apul.* 12, 1 „ad iter faciendum“; — „fugat et daemonia in domo posita et prohibet mala medicamenta et avertit oculos malorum hominum“; — *id.* 13: „si fuerit radix super limen aedificii suspensa, domui illi nemo nocebit“; — „λαβὼν ῥίζαν πασιθέαν ἢ ἀρτεμισίαν ἐπίγραφε τὸ ὄνομα τοῦτο ἁγνῶς (sequuntur signa magica) καὶ φόρει καὶ ἔσῃ καὶ ἐπίχαρις καὶ προσφιλὴς καὶ θαυμαστὸς τοῖς ὁρῶσί σε“ (*pap. Lugdun.* ed. Dieterich XII, 13 sqq. p. 815).[1])

77. Asparagus: cf. p. 44.

78. Asplenon: „δοκεῖ δὲ ἀτόκιον εἶναι καθ᾽ ἑαυτὴν καὶ μετὰ ἡμιόνου ὁπλῆς περιαπτομένη“ (*Diosc.* 3, 134 Wellm.).

79. Beta: „sive candidae sive nigrae radix recens et madefacta suspensa funiculo contra serpentium morsus efficax esse dicitur“ (*Plin.* 20, 69).

80. Bryonia: „aiunt si quis villam ea cinxerit, fugere accipetres tutasque fieri villares alites“ (*Plin.* 23, 28), cf. p. 43 adn. 2; — „Item si in capite vel in cinctu eam tecum portaveris, nulla mala te contingent“ (*Ps.-Apul.* 66, 1), cf. *Colum.* 10, 346 sq.

81. Calamus: „βασκανίας ἀμυντήριον . . . (cf. Nr. 72) πέρδιξ δὲ καλάμου φόβην“ (*Ael.* n. an. I, 35).

82. Carduus: „ut occursus malos non timeas, herbam carduum silvaticam, si sole novo fuerit luna in capricorno,

1) Artemisia apud *Diosc.* (III, 117) etiam „ἀνακτόριος“ „σώζουσα“ appellatur. — Cf. *Meyer*, Abergl. d. M.-A. p. 61; *Wuttke*, l. c.³ p. 106; *Rosenkranz*, l. c. p. 391 sq.

tollis, et quam diu tecum portaveris, nihil mali tibi occurrit" (*Ps.-Apul.* 109, 2).

83. Chrysanthemon:

„. . . καὶ περὶ σῶμα φόρει καὶ ἔχ' ἔντοσθ' εἵματος αἴρων.
„κρημναμένη δύναται γὰρ ἀποτρέψαι κακότητας
„φαρμακίδων ἀλόγων καὶ βάσκανα φῦλ' ἀνθρώπων."

(*anon. de herb. vir.* 213—15, cf. *Schol.* „εἴπερ . . . περιάπτεις τῷ σώματι καὶ ἐκ τοῦ τραχήλου ἀποκρημνᾷς, ὠφελεῖ ἀποστρέφον τὰς φαρμακίδας γυναῖκας καὶ πάντας τοὺς βασκάνους").

Cyclaminos (tuber terrae) [cf. Nr. 24]: „in omnibus serenda domibus si verum est, ubi sata sit, nihil nocere mala medicamenta; amuletum vocant" (*Plin.* 25, 115).

84. Dictamnon: „αἶγες πολὺ γάλα ποιοῦσιν, ἐὰν δίκταμνον περὶ τὰς αὐτῶν γαστέρας περιάψῃς" (*Geop.* 18, 10); – cf. *ibid.* 18, 12. — Serpentes fugat cf. *Geop.* 13, 8, 8; *Diosc.* 3, 34.[1]).

85. „Dracunculus hordeo maturescente effoditur luna crescente. Omnino habentem serpentes fugiunt" (*Plin.* 24, 149); cf. *Diosc.* II, 195.

Eryngion [cf. Nr. 28] „centum capita": „portentosum est quod de ea traditur, radicem eius alterutrius sexus similitudinem referre, raro invento, sed si viris contigerit mas, amabiles fieri; ob hoc et Phaonem Lesbium dilectum a Sappho, multa circa hoc non Magorum solum vanitate sed etiam Pythagoricorum," (*Plin.* 20, 20); — „Ἠρύγγιος βοτάνη . . . δυνάμεως ἔχεται τοιᾶσδε· ἐὰν γάρ τις τὴν ῥίζαν φορῇ, δαίμονος πεῖραν οὐχ ἕξει ποτέ" (*Kyr.* I, η, p. 18 Mély).

86. Faba: „auctionibus eam adhibere lucrosum putant" (*Plin.* 18, 119) — [cf. *Olck*, s. v. P.-W. III, 1, 609 sqq.; *M. Pfund*, „De antiquissima apud Italos fabae cultura ac religione". Berol. diss. 1845; *Wünsch*, Frühlingsfest. 31 sqq.; *E. Samter*, Neue Jahrb. (Ilberg) XV, 34 sqq.] — cf. *Geop.* 2, 35.

87. Habrotonum: „serpentes fugat . . . ramo eius si subiciatur pulvino venerem stimulari aiunt efficacissimamque esse herbam contra omnia veneficia quibus coitus inhibeatur" (*Plin.* 21, 162); cf. *Diosc.* 3, 26.

1) Cf. *Geop.* 10, 67, 3; *Plin.* 26, 153; *Theophr.* h. pl. 9, 16, 1.

Hedera [cf. Nr. 33]: „βασκανίας ἀμυντήριον . . . . (cf. Nr. 72) . . . . καὶ κιττὸν ἅρπη . . .“ *Ael.* n. an. I, 35 [1]).

Heliotropion [cf. Nr. 34]: „semen ei est effigie scorpionis caudae, quare nomen (scorpiuron)[2]) . . . non feriuntur habentes.“ (*Plin.* 22, 60); cf. *Diosc.* 4, 190.

88. Heraclea: „ut in via tutus ambules: herbam Heracleam si tecum portaveris, latrones non timebis, quin etiam fugat eos“ (*Ps.-Apul.* 72, 1); cf. *Plin.* 20, 178 (serpentes fugat).

Iris [cf. Nr. 37]: „βασκανίας ἀμυντήριον (cf. Nr. 72) . . . αἵ γε μὴν τρυγόνες τὸν τῆς ἴρεως καρπόν . . .“ (*Ael.* n. an. I, 35).

89. „Κεντρῖτις βοτάνη“ (cf. *pap. Paris.* 779 sqq.) pro phylacterio in actione magica adhibetur [cf. p. 21].

Lapathum [cf. Nr. 41]: „silvestria scorpionum ictibus medentur et feriri prohibent habentes“ (*Plin.* 20, 232); [cf. *Geop.* 12, 38: *Diosc.* 2, 140]; — quidam putant ipsam radicem si collo suspendatur, scrofas fugare“ (*Garg. Mart.* VIII, p. 143).

90. Lactuca (πικρίς): „βασκανίας ἀμυντήριον (cf. Nr. 72) . . . κίρκοι δὲ πικρίδα . . .“ (*Ael.* n. an. I, 35).

91. Laurus[3]) „. . . οἱ παλαιοὶ τῷ Ἀπόλλωνι καθιεροῦσι τὴν δάφνην, ὅτι πυρὸς πλῆρες τὸ φυτόν, καὶ ὁ Ἀπόλλων πῦρ· ὁ ἥλιος γάρ ἐστιν. Ὅθεν καὶ ἀπεχθάνεται δαίμοσι. καὶ ἔνθα ἂν ᾖ δάφνη, ἐκποδὼν δαίμονες . . . Οὐδὲ γὰρ ἡ ἱερὰ νόσος ἢ δαίμων παρενοχλεῖ τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ δάφνη ἐστίν (ὥσπερ οὐδὲ κεραυνός, ὅπου συκῆ“ (*Geop.* 11, 2, 4 sq.; 7) — cf. *Lyd.* de mens. 68, 4; *Kroll*, analecta p. 12; 13. – „Laurus manifesto abdicat ignes crepitu et quadam detestatione, interaneorum etiam vitia et nervorum ligno torquente. Tiberium principem tonante caelo coronari ea solitum ferunt contra fulminum metus“ (*Plin.* 15, 135) cf. *Theoph. Nonn.* II p. 288 ed. Bernard; „ad phreneticos: . . . lauri folia tria nescienti sub capite ponis

1) Cf. *Rosenkranz*, l. c. p. 322: „kranke Schweine bekränzte man damit, um sie gegen bösen Zauber zu schützen.“

2) Cf. supra p. 44, adnot. 1.

3) Cf. *Bötticher*, Baumkultus p. 338—84; *Heim*, Incantam. p. 508 sq.; *Bernard* ad Theoph. Nonn. II, p. 288; *Murr* p. 92 sqq.; *Diels*, Sibyll. Blätter p. 120; *Gruppe*, l. c. p. 785.

et dormit" (*Plin iun.* p. 92, 7); cf. *Gal.* II. π. εὐποριστ. II, 27,3 (ed. K. XIV, 489). „ἀκούω γοῦν βασκανίας ἀμυντήριον τὰς φάττας δάφνης κλωνία ἀποτραγούσας λεπτά, εἶτα μέντοι ταῖς ἑαυτῶν καλιαῖς ἐντιθέναι τῶν νεοττίων φειδοῖ" (cf. Nr. 72) (*Ael.* n. an. I, 35). — In actione magica phylacterii loco adhibetur [cf. p. 13; 21][1]); cf. *Theophr.* char. 16, 2.

92. Linum: „ὁ ταὼς ὑπὲρ τοῦ μὴ βασκανθῆναι λίνου ῥίζαν οἱονεὶ περίαπτόν τι φυσικὸν ἀναζητήσας ὑπὸ τῇ ἑτέρᾳ πτέρυγι βύσας περιφέρει." *Ael.* n. an. 11, 18; — cf. *Murr* p. 266 sqq.

Lychnis [cf. Nr. 43]: „φασὶ δὲ καὶ τοὺς σκορπίους ναρκώδεις καὶ ἀπράκτους γίνεσθαι, παρατεθείσης αὐτοῖς τῆς πόας" (*Diosc.* 105); cf. *Plin.* 21, 171.

Malva [cf. Nr. 45]: („quin et trita cum oleo qualibet earum peruncti ante) vel habentes eas non feriuntur" (*Plin.* 20, 223).

93. Moly: cf. *Hom.* κ 287 sqq.:

„τῆ, τόδε φάρμακον ἐσθλὸν ἔχων εἰς δώματα Κίρκης
„ἔρχε᾽, ὅ κέν τοι κρατὸς ἀλάλκησιν κακὸν ἦμαρ . . .
„μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί, χαλεπὸν δέ τ᾽ ὀρύσσειν
„ἀνδράσι γε θνητοῖσι· θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται".

cf. *Theophr.* h. pl. 9, 15, 7; *Plin.* 25, 26;

„μῶλυ δὲ ῥιζοτομηθὲν ἀρεῖς πρὸς φάρμακα λυγρά
„φαρμακίδων χαλεπῶν καὶ βάσκανα φῦλ᾽ ἀνθρώπων . . .
„πάντα γὰρ ἐξακέσαιο βροτοφθόρα φάρμακα λυγρὰ
„τὴν βοτάνην περὶ σῶμα φορῶν ἐχθροὺς τ᾽ ὑπαλύξεις."

(*anon. de herb. vir.* 178 sqq.; cf. *Schol.* ad locum.); cf. *Murr*, p. 208 sqq.

Myrtus [cf. Nr. 48]: „virgae quoque eius gestatae modo viatori prosunt in longo itinere pediti" (*Plin.* 15, 124); „βασκανίας ἀμυντήριον . . . (cf. Nr. 72) . . . θαλλὸν δὲ αἱ κίχλαι μυρρίνης" (*Ael.* n. an. I, 35).

Paeonia [cf. Nr. 50]: „ἐπιθυμιωμένη ἡ ῥίζα ἢ ποτιζομένη

---

1) Cf. *Plin.* 23, 155 „perunctos eo (lauri suco) fugiunt venenata omnia" (cf. *id.* 23, 157). — *Geop.* 7, 11. — *Matthiolus*, l. c. p. 35 A „Der Lorbeerbawe . . hat die Natur u. Ruhm, dass kein Wetter darein schlägt, auch nicht in die Stell, da Lorbeerstauden wachsen."

δαίμονας ἀπελαύνει καὶ φαντάσματα πάντα φορουμένη" (*Kyr.* I, γ, p. 13 Mély); — „et si eam in navi habueris, tempestatem compescit, si mundus ea utaris; est enim mirabilis" (*Ps.-Apul.* 64,2).[1])

Pastinaca [cf. Nr. 51]: „negant feriri a serpentibus, qui pastinacam secum ferant vel ante gustarint (cf. p. 45); *Gargil. Mart.* p. 171(33) cf. *Plin.* 20,31.

Pentadactylus [cf. Nr. 52]: „ἡ βοτάνη τοῦ Ἑρμοῦ ἦν τὸ πενταδάκτυλον .... ἡ ῥίζα περιαφθεῖσα τῷ στόματι εὐλόγους ποιεῖ καὶ ῥητορικοὺς ἐν τοῖς λόγοις. (Ὀνίνησι καὶ τοὺς λιθιῶντας καὶ δυσουριῶντας)" (*codd. Vindob.* ed. Kroll p. 84).[2])

94. Plistolochia: „quin omnino suspensa supra focum fugat a domibus serpentes" (*Plin.* 25,101).

95. Polemonia: „privatim adversatur scorpionibus polemoniae radix, vel adalligata tantum" (*Plin.* 25,119); cf. *Diosc.* 4,8; — (cf. p. 45).

Polium [cf. Nr. 55): „Polio Musaeus et Hesiodus perungui iubent dignationis gloriaeque avidos ... polium contra venena haberi, contra serpentes substerni ..." (*Plin.* 21,145; cf. 21,44; *Theophr.* h. pl. 9,19 (21); *Welcker*, Kl. Schr. III, 71).

96. „Potamogiton adversatur crocodilis; itaque secum habent eam qui venantur" (*Plin.* 26,51).

Ruta [cf. Nr. 62]: „habentes negant feriri ..." (*Plin.* 20,133 (cf. p. 45); — „ἐὰν δὲ πήγανον ὑπὸ τὰς πτέρυγας τῶν ὀρνίθων προσδεθείη, οὔτε αἴλουρος οὔτε ἀλώπηξ οὔτε ἄλλο τι θηρίον ἅψεται αὐτῶν" (*Geop.* 14,9, 6) cf. *Geop.* 14,15; 14,4; 13,6.[3])

1) Cf. *Matthiolus*, l. c. p. 314 D „Auch ist es gut, dass man diss Kraut in die Kindswiegen stecke, es bewahret für den Schrecken, so den Kindern gemeiniglich in der Nacht zufellt." — *Meyer*, Abergl. d. M.-A. p. 61.

2) „Ob jemand von einem Fürsten oder König etwas bitten unnd begehren wolt, so gibet es viel wolreden, so er das bey ihn hat, unnd erlanget was er will." (7 Kreuter des grossen Alexanders V. cf. p. 47 adnot. 2). — *anom. de herb. vir.* 50 sqq. „ἐν δ' ὕδατι λιαρῷ προσκλυζομένη παλάμαισιν | πρός τε φόβους καὶ βασκοσύνας καὶ δαίμονας ἐχθρούς | ἔστιν ἄκος πανάριστον ..."

3) Cf. *Matthiolus*. l. c. p. 255 A: „So sich jemand mit Rautensafft bestreicht, ist er sicher vor gifftigen Thieren, können ihm keinen Schaden zufügen"; *Fr. Branky*, Arch. f. Relig. Wiss. I, 104 sqq.; *G. Knaack*. ibid. 366 sq. — *Kuhnert*, Nord u. Süd 1900, 329. — *Wuttke*³. p. 103.

97. Satyrion: „venerem etiam si omnino manu teneatur radix, stimulari (adeo si bibatur in vino austero") (*Plin.* 26,98; cf. p. 44,1).

98. Scilla: „Pythagoras scillam in limine quoque ianuae suspensam contra malorum medicamentorum introitum pollere tradit" (*Plin.* 20,101); cf. *Diosc.* 2,202: „ἔστι δὲ καὶ ἀλεξιφάρμακον ὅλη πρὸ τῶν θυρῶν κρεμαμένη . . ." — „λύκοι δὲ θρέμμασιν οὐκ ἐπελεύσονται, εἰ σκίλλαν τῷ ἐδαγῷ καλουμένῳ περιάψεις" (*Geop.* 18, 17,8) cf. *Ael.* n. an. 1,36.[1])

Spina alba [cf. Nr. 64]: „φασὶ δ᾽ὅτι περίαπτον ἐξ αὐτοῦ θηρία διώκει" (*Diosc.* III, 12); — „βασκανίας ἀμυντήριον . . . (cf. Nr. 72) . . . . ἰκτῖνοι δὲ ῥάμνον" (*Ael.* n. an. 1,35); — (ῥάμνος ὥρου):

„ῥάμνον ἔχειν πανάκειαν ἐν οἴκοισιν πανάριστον . . .
„κρημναμένη δύναται γὰρ ἀποτρέψαι κακότητας
„φαρμακίδων τε κακῶν καὶ βάσκανα φῦλ᾽ ἀνθρώπων . . .
„θρέμματά τε νῆάς τε καλὸν φυτόν ἐστι φορῆναι
„πρός τε πόνον κεφαλῆς καὶ δαίμονας ἠδ᾽ ἐπιπομπάς·
„πάντα γὰρ ἰήσαιτο βροτοφθόρα φάρμακα λυγρά"

(*anon. de herb. vir.* 7 sqq. cf. *Scholion*); — „λέγεται δὲ καὶ κλῶνας αὐτῆς θύραις προστεθέντας ἀποκρούειν τὰς τῶν φαρμάκων κακουργίας" (*Diosc.* I, 119); cf. *Nicand.* θηριακ. 861 sq.; *schol.* ad locum; „τῆς βοτάνης κλάδον ἐὰν καταθῇς ἐν οἰκίᾳ, πάντα πνεύματα ἀποδιώκει" (*Kyr.* I, ρ, 6, p. 36 Mély); cf. *Diog. Laert.* 4,57; *Ov. Fast.* VI, 129 sq.; („sic fatus spinam qua tristes pellere posset | A foribus noxas—haec erat alba—dedit."[2])

99. Tilia: in actione magica pro amuleto gestatur (cf. *pap. Paris.* 2694 sqq.; p. 21: „φιλύρινον").[3])

100. Tithymallus: „tithymalli quoque ramorum me-

---

1) Cf. ***Rohde***, Psyche³, 237, 3; ***Rosenkranz***, l. c. p. 326; ***Fossel***, l. c. 121. — ***Pallad.*** 1, 35, 3; ***Geop.*** 10, 18, 2; 10, 50. — ***Kroll***, Analecta p. 13.

2) Cf. ***Rohde***, l. c. 273, 3.

3) Cf. ***Rosenkranz***, l. c. p. 66 sq. „. . . Die Wallachen tragen zu Pfingsten ein Stückchen Lindenholz in ihrem Gürtel, um sich gegen die Zaubergöttin Sina zu schützen, die — wie der wilde Jäger — mit ihrem Gefolge in der Luft vorüberjagt . . ."

dullam habentes ad venerem proniores fieri dicuntur" (*Plin.* 26, 99).[1])

101. Verbascum: „adversus occursus malorum: herbae verbasci virgulam qui secum portaverit, nullo metu terrebitur, neque bestiae neque occursus mali molestabunt hunc" (*Ps.-Apul.* 71, 1); — „ἡ δὲ καλουμένη φλῶμος βοτάνη περιαπτομένη τῇ καρύᾳ οὐ συγχωρήσει ταύτην ἀποβάλλειν τὸν καρπόν" (*Geop.* 10, 87, 2; cf. 10, 64, 6).[2])

Verbenaca [cf. Nr. 68]: „Καλοῦσι δὲ αὐτὴν ἱερὰν βοτάνην διὰ τὸ εὔχρηστον ἐν τοῖς καθαρμοῖς εἶναι εἰς περιάμματα" (*Diosc.* 4, 61); „hanc habentes negant latrari a canibus" (*Plin.* 25, 126); cf. *Ps.-Apul.* 65, 2; „ad serpentium morsus: herbam verbenacum cum foliis suis et radicibus quisquis occultam cinctamque secum portaverit, ab omnibus serpentibus tutus erit" (*Ps.-Apul.* 4, 7); — „ἐν οἰκίᾳ ἡ ῥίζα περικειμένη ἀπελαύνει πάντα φαῦλον δαίμονα" (*codd. Vindob.* ed. Kroll p. 83); — „βασκανίας ἀμυντήριον . . . (cf. Nr. 72) . . ἀριστερεῶνα κορώνη" (*Ael.* n. an. I, 35).[3])

102. „Vettonica tantum gloriae habet, ut domus in qua sata sit, tuta existimetur a piaculis omnibus" (*Plin.* 25, 84; cf. p. 43 adnot. 2); cf. *ibid.* 101.

103. Viscum „feminarum conceptum adiuvare (putant), si omnino secum habeant" (Plin. 24, 12).

Vitex: [cf. Nr. 69] „βασκανίας ἀμυντήριον . . . (cf. 72) . . . ἄγνον δὲ κόρακες" (*Ael.* n. an. 1, 35).[4])

Etiam hoc in catalogo plurima praecepta quin superstitioni vulgari adscribenda sint, non dubium est; nam saepissime amuletorum usus ad serpentium, scorpionum, talium morsus arcendos commendatur.

1) Cf. *Pallad.* 4, 10, 6; *Plin.* 25, 78 (= euphorbia).

2) Cf. *Rosenkranz,* l. c. p. 267; *Wuttke*[3], p. 102.

3) Cf. *Diosc.* 4, 61; *Matthiolus,* l. c. p. 368 B; „Dîe jungen Kind, die das bey ihn tragen, werden wol gezogen, und lieb haben die Künst, sie werden frölich unnd lustig." („Die sieben Kreuter Alexanders des grossen Kaisers . . ." VII. cf. p. 47 adnot. 2). — *Rosenkranz,* l. c. p. 369.

4) Cf. *Diosc.* I, 134; *Plin.* 24, 59; 61.

IV. De plantis quae cum aliis rebus coniunctae amuletorum loco adhibebantur.

Etiam ipsam herbam magnam atque miram vim per se habere ex testimoniis collectis apparet. Raro tantum herbae, ut amuletorum vis augeatur, cum aliis rebus coniunguntur (cf. *Jahn*, l. c. p. 51; *Kroll*, analecta p. 10; *Proclus*, de sacrificio et magia 170sqq.):

„τῆς ῥίζης τῆς βοτάνης (χρυσανθέμου cf. Nr. 83) μετὰ λίθου τοῦ ἐκ τῆς κεφαλῆς τοῦ ἰχθύος (χρυσοφοῦ) περίαπτε ἐν ῥάκει πρὸς ὀδύνας τῶν ὀδοντοφυούντων παίδων" (*Kyr.* I, χ, 8 ed. Mély).

„τῆς φώκης αἱ τρίχες αἱ ἀνὰ μέσον τῶν ῥινῶν καὶ τοῦ στόματος εὑρισκόμεναι μεγάλαι καὶ τραχεῖαι, μετὰ τοῦ μέσου τῆς καρδίας τῆς φώκης, ἄκρον καὶ καρδίας ἔποπος καὶ ὀλίγου ἥπατος τῆς φώκης καὶ χρυσανθέμου βοτάνης, τὸ μυρίκιον ἤγουν μυρμήκιον, καὶ ὕγγος τοῦ στρουθίου. τῆς γλώσσης καὶ ὀλίγον μόσχον εἰς δέρμα ἐλάφειον καὶ λύκου δεξιὸν ὀφθαλμὸν συνδήσας ἔχε." Permulta bona promittuntur ei qui hoc phylacterio utitur (cf. p. 14sq.; *Kyr.* I, φ, 9).

„λαβὼν οὖν φώκης θαλασσίας τρίχας τὰς μέσων τῶν ῥινῶν καὶ τοῦ στόματος καὶ λίθον ἴασπιν χλωρὸν καὶ καρδίαν καὶ ἧπαρ ἔποπος καὶ ῥιζίον παιωνίας [cf. Nr. 50] τῆς γλυκυσίδης καὶ σπέρμα περιστερεῶνος [cf. Nr. 68] βοτάνης καὶ τὸ κοσμικὸν αἷμα τῆς χρυσανθέμου καὶ τῆς καρδίας τῆς φώκης τὸ ἄκρον . . . . κρεῖττον ἕξεις πάντων τῶν προειρημένων εἰδῶν . . . ἔμβαλε εἰς δέρμα ἰχνεύμονος ἢ φώκης ἢ ἐλάφου ἢ γυπὸς καὶ φόρει ἁγνὸς ὢν . . . ἔσῃ γὰρ εἰς πάντα ὅσα θέλεις ἐπιτυγχάνων, φιλητὸς παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις καὶ γυναιξίν· ἔσῃ δὲ καὶ φοβερὸς φαινόμενος καὶ εἰρηνικὸς καὶ ἥσυχος, θηρία δὲ πάντα ὑποτάξεις καὶ ἐχθροὺς κατὰ σοῦ φιλιώσεις. ἐὰν δὲ καὶ λύκου τὸν δεξιὸν ὀφθαλμὸν ἐμβάλῃς τοῖς προειρημένοις καὶ φορεῖς, ἔσῃ εἰς πάντα ἀκαταγώνιστος, νικῶν εἰς πᾶν πρᾶγμα καὶ ἐπιτυγχάνων· φεύξεται γάρ σε πᾶς δαίμων καὶ πᾶν θηρίον

καὶ ἔσῃ ἐν πᾶσιν εὐδαιμονῶν καὶ ἄνοσον δὲ διαφυλάξει σε“ (*Kyr.* I, η, 18. 19, Mély 21 sqq.).

„Ὀστάνης δέ φησι κοράλλιον καὶ γλυκυσίδην καὶ στρύχνου ῥίζαν· ἀνελόμενος σελήνης μειούσης ἐνδήσας εἰς ὀθόνιον ἐρίνεον περίαπτε“ (*Alex. Trall.* I, p. 567 „περὶ ἐπιληψίας“).

„οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ τοῦ ὄρτυγος μετὰ τῆς ῥίζης τῆς βοτάνης (ὀνοθύρσεως) περιαφθέντες καθημερινοὺς τύπους καὶ τριταίους ἀπαλλάσσουσιν ἐν ἀποκρούσει περιαφθέντες“ (*Kyr.* I, ο, 7 Mély p. 34).

„κέντρον τοῦ σκορπίου καὶ τῆς ὠκίμου βοτάνης τὸ ἄκρον ἐν ᾧ ἐστιν τὸ σπέρμα καὶ χελιδῶνος καρδίαν περίαπτε ἐν ἐλαφίῳ δέρματι· σεληνιαζομένους τῆς μανίας ἀπαλλάξεις. τοῦτο τὸ φυλακτήριον ἐξελαύνει καὶ τοὺς ἀπειθοῦντας ἐξελθεῖν δαίμονας“ (*Kyr.* I, ω, 15).

Omnia haec phylacteria e magia sumpta esse facile intelligis: magorum enim est talia remota et mirabilia usurpare.

Omnes fere herbas quae amuletorum loco adhibebantur, lino, cui religiosa quaedam vis adscribebatur,[1]) corpori alligari testimonia probant. Breviter hoc loco addo saepissime licii rubri usum praescribi: (cf. Nr. 5; 12; 45; 47; 53; 54; 71; 74). Neque hoc fortuitum est: superstitio vulgaris enim rubro colori magnam vim adscribebat (cf. *Duhn*, Archiv für Religionswissenschaft IX, 1 sqq. [cf. p. 21, 23 „Rot als Ausdruck von Kraft“]; *Wolters* ibid. VIII, Beiheft, p. 19). —

Haec habeo quae de plantis amuletorum loco adhibitis proferam: iam dissertationi finem imponam. His duobus capitibus me pauca quaedam ad superstitionem amuletorum illustrandam attulisse spero. De amuletis quae in museis conservantur, ratione quadam collectis et ordine digestis suo tempore longius disserere mihi in animo est.

1) Cf. supra p. 25.

Vita.

Natus sum Gerhardus Kropatscheck Brandenburgensis Non. Aug. MDCCCLXXXII patre Hermanno matre Therese e gente Biedermann. Patrem carissimum, qui actis diurnis „Kreuzzeitung“ appellatis praeerat, praematura morte nuper mihi ereptum esse vehementer doleo. Fidem confiteor evangelicam.

Gymnasium Berolinense quod nomine Luisae reginae vocatur, per novem annos frequentavi Guilelmo Schwartz (†), postea Georgio Kern (†) rectoribus. Vere anni MCMI testimonium maturitatis adeptus universitatem Gryphiensem petivi studiis philologicis historicis archaeologicis operam daturus. Vere anni MCMII Monaci versatus Berolinum transmigravi. Autumno MCMIII Gryphiam redii, ubi per duos annos lectiones audivi; tum per sex menses hospes lectionem fui. Vere prioris anni Berolini patri carissimo mortifero morbo correpto pro viribus meis assedi; itaque hanc dissertationem per multas intermissiones elucubrare coactus eram. Benigne et liberaliter Dragendorff et Koepp vv. dd. mihi concesserunt, ut per Sextilem et Septembrem eiusdem anni in oppido Lupiae flumini adposito quod Haltern vocatur, ipsis moderantibus vestigia Romana persequerer. Examen rigorosum Monasterii a. d. XIX Kal. Jan. superavi.

Docuerunt me Gryphiae: Cremer (†); Gercke; Heller; Koegel; A. Koerte (nunc Gissensis); Kroll (nunc Monasteriensis); F. Kropatscheck (nunc Vratislaviensis); K. Oldenberg; E. Pernice; Radermacher (nunc Monasteriensis); Rehmke; V. Schultze; Seeck; Zimmer (nunc Berolinensis). Monaci: de Bissing; Brentano; Furtwängler; de Mayr; Poehlmann; Weyman; Ed. Woefflin. Berolini: Diels, Dilthey, Graef (nunc Jenensis); R. Heinze (nunc Lipsiensis); Helm; Heusler; Kekule de Stradonitz; Lasson; Ed. Meyer; Pernice (nunc Gryphiensis); Seeberg; de Wilamowitz-Moellendorff.

Ad seminaria exercitationesque philologicas, archaeologicas, historicas, philosophicas benigne me admiserunt:

Gercke, Koerte, Kroll, Pernice, Radermacher, Schuppe, Seeck; Weyman, Woelfflin; Diels, Heinze, Helm, Ed. Meyer, Wentzel, de Wilamowitz-Moellendorff.

Quibus omnibus viris gratias habeo magnas, maximas vero Gryphiensibus. Imprimis Guilelmus Kroll, qui me ad hanc dissertationem scribendam incitavit, et Ericus Pernice qui cum auxilio et consilio tum sermone familiari studia mea adiuvabat, quanta fuerint erga me benevolentia numquam obliviscar.